

imperare. Planè *gentibus vicem rependit*, quia ad unius Dei cultum eos adegit, ut ei tantum deservirent in quem semper fuerant blasphemii. Putarem igitur in verbis *retribuere et retribuio* quodammodo prophetam ludere, ut primo de redditione mali pro malo intellexerit, deinde de retributione boni pro malo, eò quod retributio illa mali in hostes tam Dei quam hominum, non esset sine retributione bonorum pro ingentibus peccatis; quod jam exponit, sequiturque optissime.

VERS. 19. — ET TIMEBUNT QUI AB OCCIDENTE, ETC., vel à deserto, quod quia situm erat ad occasum Palaestinae pro occasu accipi solet; vel *maarab ea cæli regio* dicitur *quæ ad vesperam spectat*, ubi dies cum nocte misceatur. CUM VENERIT QUASI FLUVIUS VIOLENTUS, ETC. Non dubium quin Hebræa hanc patiantur interpretationem. Nam *tsar* potest accipi adjectivè, q. d., *hostilis, ex adverso veniens, et ad opprimendum currens seu violentus*, ut Vulgatus dixit, satis accommodè. At pro *fugere cum eo* dixit *Vulgatus cogit*; nam hoc experimento didicimus, si cum fluvius præcepit decurrit, ventus quoque ab eadem parte emissus quasi cum aquis ipsis fugiat, multò vehementior est aquarum impetus quam si ex opposito flaret, aut nullus esset. Adventum itaque Domini, juxta hanc interpretationem, rapidissimo flumini comparat, cujus impetus vento adjunctus obvia quoque prosternit, ut nihil sit quod ejus impetum possit sustinere, aut cursum impedire, aut adverso fluxu navigare. Quæ omnia, si impetum Evangelii Christi consideres, quod totum orbem brevissimo tempore prætervolavit, quod regna subvertit et omnem altitudinem extollentem se dejecit, et universum orbem ad obediendum fidei coegit, verissima esse cognoscas; favor enim et vis Spiritus Domini prædicationem Evangelii comitatur. « Prædicant » namque Apostoli « ubique, Domino cooperante, » sequentibus signis; et virtute multà reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Domini. » Lege epistolam Pauli et Acta Apostolorum, videbisque impetum fluminis et Spiritus Sancti, cui neque adversaria potestates poterunt resistere. Inquit itaque propheta, quod tunc extremi orbis insule nomen Domini timebant, quando hic impetus fluminis advenisset. Hic certè est qui *lætificat civitatem Dei*, et maiestatem Domini colere fecit in toto orbe. Quod si *ki* rationem reddat, ut solet, significat occidentales populos idcirco prædicationi Evangelii obedisce, quia vim Spiritus sentiebant. Hæc enim est quæ mentes excitat, concitat, compellit, fidem et obedientiam extorquet, non frigide orationes ex algente pectore, quales hodie, prohi dolor! habemus in Ecclesiâ. In omnibus autem locis novi Testamenti, in quibus aut de vi Evangelii, aut imperio fidei, aut de cursu Evangelii, aut de virtute Apostolorum, qui non erat qui resisteret, fit sermo, putato ad hunc prophetæ locum fieri allusionem. Si autem hæc interpretatio placeat, sic ad verbum reddere poteris locum, *timebant*, etc., *quando venerit, tanquam fluvius arctatus, Spiritus Domini fugit cum eo*, id est, quocumque ventus ingens simul labitur et

præcepit currat. Alteram nihilominus interpretationem apposui, quod non inepta sit. *Tsar* enim pro *hoste* accipi potest, et verbum *noesset* pro *elevare*. Sensus ergo erit: Quando hostis ut fluvius venerit, ut videlicet impediatur ultionem illam Domini, et ne gentes Deum timeant, Spiritus Domini elevabitur in eum, ut vim ejus impediatur. Sed angustior est prior interpretatio, posterior autem satis apta est, et sequentibus non minus convenit.

VERS. 20. — ET VENIT IN SION, ETC. Hic certè decipi possunt Judæi, putantes Deum, expugnatis gentibus gladio, et magnis affectis cladibus, in Sione visibili per Messiam regnaturum, collocatis in eis sedibus Judæis undique collectis, et ex vi hostium ereptis; sed si oculos haberent, intelligerent vel ex hoc loco Evangelii veritatem. Quorsum enim pugnaretur contra gentes *galeam salutis et thoracem justitiæ* acciperet? Rursus, quare in superioribus non oppressiones Judæorum, aut tyrannidem quæ gentes exercent in eos commemoravit; sed totus in hoc fuit, ut scelera et iniquitates Israelitarum exponeret? Deinde quas hic adversus gentes victorias, quas strages vides referri? *timere nomen Domini et gloriam ejus*? Hoc passim pro magno munere ipsis etiam Israelitis promittitur. Quare nobiscum agnoscat iram istam et zelum Domini esse adversus hostes humani generis, *justitiam* autem et *salutem* nobis omnibus à Domino oblatam hanc denique esse *Sionis redemptionem et salutationem*, multarum videlicet gentium ad agnitionem veri Dei conversionem. Quamobrem aptissime sequitur: *Veniet Sion redemptor*, etc., cui facit quod sequitur: ET IS QUI REDEUNT AB INIQUITATE IN JACOB, id est, Jacobitis qui ab iniquitate convertuntur. *Veniet redemptor*, ut intelligant redemptorem nihil commodi allaturum Messiam nisi illis qui peccata deserunt; neque aliam captivitatem tollendam per Christum quam peccati. Quod quia illi nequaquam credere volunt, miserè pereunt et in peccatis suis moriuntur, ut dicit Dominus. Sed ipsos quoque hic locus redarguit, præsertim si abrais punctis sic veritas: *Veniet, inquit, Sion redemptor, et Jacobitis captivis peccati*. Nam notum est *schebi*, si à verbo *schabab* accipias, notare *captivitatem*; de quo jam in fine primi capituli non nihil diximus, ubi est alter huius loci similis: *Sion in judicio redimetur, et captivitas ejus in justitiâ*, vers. 26. Non enim video quo pacto *redentes transgressionis* dicantur, ut Hebræa habent, qui ab iniquitate redeunt. Quare puto hoc loco, et illo primi capituli nobis à Judæis impositum fuisse, ne cogereemus eos lateri redemptionem Sionis esse spiritalem. In hunc certè usum erat *super caput redemptoris salutis*; nihil enim antiquius ducebat salutem nostrâ; in pectore *justitiam* sibi et nobis afferbat, et prælia nostra contra peccatum ipse præliabatur, justus et justificans. Miseri sunt, qui hanc redemptionem contemnunt; et propter hoc additum puto: *Fidelis sermo Jehovah*, quod omni acceptione sit dignissimus, et fide et amore, ingentique religione suscipiendus.

VERS. 22. — HOC FŒDUS MEUM. Heb. et ego, hoc fœ-

duis meum: quod vel est jurantis, vel est quasi dicat, *ego sum*; qui *isthac loquor*; *ego ille sum redemptor*, qui ab iniquitate redimo; vel, et hoc est *fœdus meum*, quod *ego cum eis ferio*, id est, istæ sunt promissiones fœderis, nempe ut non auferat Spiritum suum et mentem suam à Sione, id est, ab Ecclesiâ; non quæ initio fuit tantum, sed quæ in futurum erit, neque ab ore ipsius, à pastoribus videlicet et rectoribus ejus qui tunc erant, et successoribus ipsorum in sempiternum. Hoc summo opere necessarium erat, alioqui parum profuisset redemptio. Oportuit itaque unam esse Ecclesiam, in quâ perpetuò Spiritus Domini resideret, quæ decipi in rebus ad salutem necessariis nequaquam posset. Et licet ipsi ministri male vivant, simul tamen juncti, et quatenus Ecclesiam unam constituunt, sensu Domini non destituuntur. Hoc est Dei fœdus, hæc promissiones quas Lutherani infringere non poterunt. Nam Ecclesia Romana est quæ à tempore Apostolorum perpetuò pontificum serie Spiritum hunc Domini habuit, licet aliqui ex eis perdidit viverent; in quâ etiam sooper idem tuit sensus, eadem fides; eadem semper fuerunt Dei verba. Hoc est ipsum fœdus; quod si quis neget, fœdus Dei abnegat et infringit, et venisse Deum negat. Et enim si venisset et abisset, et sic rem non disposuisset, adveniens ejus parum admodum nobis utilitatis attulisset, dum quicquid sensum suum

CAPUT LX.

1. Surge, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est.

2. Quia ecce tenebræ operient terram, et caligo populos; super te autem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur.

3. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui.

4. Leva in circuitu oculos tuos, et vide; omnes isti congregati sunt, venerunt tibi; filii tui de longè venient, et filia tue de latere surgent.

5. Tunc videbis, et afflues; et mirabitur, et dilatabitur cor tuum; quando conversa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.

6. Inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian et Ephra; omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes, et laudem Domino annuntiantes.

7. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi; offerentur super placabili altari meo, et domum maiestatis meæ glorificabo.

8. Qui sunt isti qui ut nubes volant, et quasi columbae ad fenestras suas?

9. Me enim insule expectant, et naves maris in principio, ut adducam filios tuos de longè, argentum eorum et aurum eorum cum eis, nomini Domini Dei tui, et Sancto Israel, quia glorificavit te.

10. Et edificabunt filii peregrinorum muros tuos, et reges eorum ministrabunt tibi; in indignatione enim meâ percussit te; et in reconciliatione meâ misertus sum tui.

pro sensu Christi afferret, et tot essent sententiæ quot capita, ut nunc in quibusdam provinciis, magne cum animi dolore, magno etiam totius reipublice christianæ malo, experimur. Ad Sion autem referenda sunt verba hæc et promissiones istæ, de quâ præcedenti versu. Quod si ad *Redemptorem* referre velis, idem sensus est; semen enim Christi sunt Apostoli ipsius, et semen seminis ejus sunt successores eorum in Ecclesiâ catholica et apostolica. Et ob hanc promissionem sancti Patres adversus hæreticos decertantes perpetuum in Ecclesiâ Romanâ seriem pontificum narrant, qui semper eundem sensum habuere; quod in Ecclesiis suis hæretici ostendere non valent; siquidem negare non possunt aliud se, aliud patres suos credidisse; neque pontifices, qui ante quinquaginta annos Ecclesiâ Germaniæ gubernarunt, spiritum illum habuerunt quem nunc plures ipsorum habent, quo multo alia sentiant nunc ab illis. At patres istorum fidem eandem tenebant quam Apostoli et successores eorum tenuerunt, ut ex serie pontificum et fidei et conciliorum patet. Ergo non sunt Ecclesia Christi, quæ eundem Spiritum et eadem verba semper habuit. Ita pugnant cum hæreticis Patres; ita et nobis nunc agendum est, ut id credamus quod semper, quod ubique, quod omnes; et à novitatibus in fide caveamus, ut fœderis Christi participes simus.

CHAPITRE LX.

1. Levez-vous, Jérusalem, recevez la lumière, parce que votre lumière est venue, et que la gloire du Seigneur s'est levée sur vous;

2. Car voici que les ténèbres couvriront la terre, et une nuit sombre envelopera les peuples; mais le Seigneur se lèvera sur vous, et sa gloire éclatera en vous.

3. Les nations marcheront à la lueur de votre lumière, et les rois à la splendeur qui se lèvera sur vous.

4. Levez vos yeux, et regardez autour de vous; tous ceux que vous voyez assemblés ici viennent à vous; vos fils viendront de bien loin, et vos filles s'élèveront à côté de vous.

5. Alors vous verrez, vous serez dans l'abondance; votre cœur s'étonnera et se répandra hors de lui-même, lorsque vous serez comblée des richesses de la mer; que tout ce qu'il y a de grand dans les nations viendra se donner à vous.

6. Vous serez inondée par une foule de chameaux; par des dromadaires de Madian et d'Ephra; tous viendront de Saba vous apporter l'or et l'encens, et publier les louanges du Seigneur.

7. Tous les troupeaux de Cedar se rassembleront pour vous; les bœufs de Nabaioth seront employés pour votre service; on me les offrira sur mon autel comme des hosties agréables, et je remplirai de gloire la maison de ma majesté.

8. Qui sont ceux-ci qui sont emportés en l'air comme des nuées, et qui volent comme des colombes vers leur colombier?

9. Car les îles m'attendent; et il y a déjà longtemps que les vaisseaux sont prêts sur la mer, pour faire venir vos enfants de loin, pour apporter avec eux leur argent et leur or, et le consacrer au nom du Seigneur votre Dieu, et du Saint d'Israël qui vous a glorifiés.

10. Les enfants des étrangers bâtiront vos murailles, et leurs rois vous rendront service, parce que je vous ai frappée dans mon indignation, et que je vous ai fait miséricorde en me reconciliant avec vous.

11. Et aperientur portæ tuæ jugiter; diæ ac nocte non claudentur; ut afferatur ad te fortitudo gentium, et reges eorum adducantur.

12. Gens enim et regnum, quod non servierit tibi, peribit; et gentes solitudine vastabuntur.

13. Gloria Libani ad te veniet, abies et buxus, et pinus simul, ad ornandum locum sanctificationis meæ; et locum pedum meorum glorificabo.

14. Et venient ad te curvi filii eorum qui humiliaverunt te, et adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, et vocabunt te civitatem Domini, Sion Sancti Israel.

15. Pro eo quod fuisti derelicta, et odio habita, et non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam seculorum, gaudium in generationem et generationem.

16. Et suges lac gentium, et mamillâ regum lactaberis; et scies quia ego Dominus salvans te, et redemptor tuus fortis Jacob.

17. Pro ære afferam aurum, et pro ferro afferam argentum; et pro lignis æs, et pro lapidibus ferrum; et ponam visitationem tuam pacem, et prepositos tuos iustitiam.

18. Non audietur ultra iniquitas in terrâ tuâ, vastitas et contritio in terminis tuis; et occupabit salus muros tuos, et portas tuas laudatio.

19. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lune illuminabit te; sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, et Deus tuus in gloriam tuam.

20. Non occidet ultra sol tuus, et luna tua non minuetur; quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, et complebitur dies lucis tui.

21. Populus autem tuus omnes iusti, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis mee, opus manû mearum ad glorificandum.

22. Minimus eris in mille, et parvulus in gentem fortissimam; ego Dominus in tempore ejus subito faciam istud.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — *SARGE*, etc. Jam de mysterio Christi apertiora decantat propheta; redimendam Sion, et captivis peccati adimendum jugum prædixerat sub finem superioris capituli, atque adeo nunquam destinandam Spiritui et mente Dei Ecclesiam ejus; ad eam igitur nunc conversus, miris modis ei congratulatur et ejus felicitatem describit. Nomen autem *Jerusalem* hoc loco ex cantu Ecclesiæ videtur additum; sed planum est quod de Ecclesiâ Christi sit sermo. Utuntur autem Hebræi istis imperativis, *sarge, vide, et similibus* pro interjectionibus adhortantium; *surgendi* nam verbum aptissimè hic apponitur, quoniam de adventu et ortu lucis loqui incipit. Præceserat autem nox, quæ cubatur, et dormitur, et, qui dormiunt, nocte dormiunt; et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt, ut inquit Paulus, et: *Surge, qui dormis, et illuminabit te Christus*. Sciebat enim propheta multos ex Judæis somno et operibus noctis gravatos lumen Christi non esse percepturos. *ILLUMINARE*. *Luce per-*

11. Vos portæ serotini jugiter; diæ ac nocte non claudentur; ut afferatur ad te fortitudo gentium, et reges eorum adducantur.

12. Car le peuple et le royaume qui ne vous sera point assujéti périra; et je ferai de ces nations un effroyable désert.

13. La gloire du Liban viendra vers vous; le sapin, le buis et le pin serviront ensemble pour l'ornement de mon sanctuaire; et je glorifierai le lieu où reposent mes pieds.

14. Les enfants de ceux qui vous avaient humilié viendront inclinés devant vous; et tous ceux qui vous décriaient adoreront les traces de vos pas, et vous appelleront la cité du Seigneur, la Sion du Saint d'Israël.

15. Parce que vous avez été abandonnée et exposée à la haine, et qu'il n'y avait personne qui passât jusqu'à vous, je vous établirai dans une gloire qui ne finira jamais, et dans une joie qui durera dans la succession de tous les âges.

16. Vous suerez le lait des nations, vous serez nourrie de la mamelle des rois, et vous connaîtrez que je suis le Seigneur qui vous salue, et le fort de Jacob qui vous rachète.

17. Je vous donnerai de l'or au lieu d'airain, et de l'argent au lieu de fer, de l'airain au lieu de bois, et du fer au lieu de pierres; je ferai que la paix régnera sur vous, et que la justice vous gouvernera.

18. On n'entendra plus parler de violence dans votre territoire, ni de destruction et d'oppression dans vos terres; le salut environnera vos murailles, et les louanges retentiront à vos portes.

19. Vous n'aurez plus le soleil pour vous éclairer pendant le jour, et la clarté de la lune ne luira plus sur vous; mais le Seigneur deviendra lui-même votre lumière éternelle, et votre Dieu sera votre gloire.

20. Votre soleil ne se couchera plus, et votre lune ne souffrira plus de diminution, parce que le Seigneur sera votre flambeau éternel, et que les jours de vos larmes seront finis.

21. Tout votre peuple sera un peuple de justes: ils posséderont la terre pour toujours, parce qu'ils seront les rejetons que j'ai plantés, les ouvrages que ma main a faits pour me rendre gloire.

22. Mille sortiront du moindre d'entre eux, et du plus petit, tout un grand peuple. Je suis le Seigneur, et c'est moi qui ferai tout d'un coup ces merveilles, quand le temps en sera venu.

fundere, excipe in cor et intimos mentis sinus, retere mentem, discute nebulas, excipe tanquam speculum lucem, etc. Adhortatur planè ad illud quod Paulus se et discipulos suos facere dicebat, nempe quod *revelatâ facie gloriam Domini, tanquam speculâ, reciperet*. Idem enim *lux, gloria, splendor, claritas, etc.* Nitida vero corpora, que radiis lucis feriuntur, à luce quam accipiunt in lucem transformantur; unde et Apostoli ad eandem imaginem transformati lucem ex sese emittebant, veluti soles quidam; ideoque et *lux mundi* dicti sunt. *GLORIA DOMINI*. Christi præsentiam, doctrinam et miracula hic notat propheta; sicut interpretatur Mattheus illud cap. 9: *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, etc.*, et Paulus loco superiori dicens: *Velamen positum super cor Judæorum, et auferendum velamen, cum converſi fuerint ad Dominum, ut videre possint claritatem*, satis explicat quæ sit hæc *lux*, nempe *Evangelii gloriæ beati Dei*, quam ne videant impedimento est cæcitas, quæ *Deus hujus seculi*

excæcavit: gentes illorum, ut alibi Paulus affirmat.

VERS. 2. — *TENERE OPERIENT*. Magnitudinæ gratiæ seu beneficii suadere conatur quod superiori versu dicebat. « Nulli, inquit, alteri genti Deus tribuit quod tibi tributum est; ecce enim omnia occupantibus tenebris, sola tu lumine suæ præsentie illustraris; ex patribus tuis natus, in Judæa ortus et educatus, ad te solum missum se testatus, talla in te operatur quæ nullus alius fecit. Quid cunctaris? Si hic sensus placet, futura pro præsentibus accipito, *operientur, videtur*; puto enim hæc ad Judæos pertinere; ita ut quæ exhortationis sunt ad omnes pertinent, quæ autem magnifica promittuntur, ad eos tantummodo qui verè Israelitæ fuerint, et Christum susceperint, ratione quorum Israel dicitur *redemptus*, et Sion *sanctificata et gloriosa*; effecta enim est ex ipsis spiritalis Jerusalem, cui omnia *gloriosa* competunt. Quod si omnia, tam quæ exhortationis sunt quam quæ promissionis, ad electos tantum Israelitis velis pertinere, non repugno; illud enim: *Surge, illumina-te, etc.*, erit: « Fruere luce quæ irradiaris; congratulare tibi, et gratias agas Deo. Nam universa quæ extra te sunt caligo densissima occupat, semperque occupabit; at tu lumine Christi veri solis irradiata nunquam tenebrosa eris; » et omnia quæ sequuntur huc quoque faciunt. Videtur autem hoc loco esse allusio ad tenebras illas *Ægyptiacas*, quæ regionem in quâ erant Israelitæ non occupabant. Quid si per allusionem ad utraque dicantur illæ tenebræ, ad quas mittitur qui non habens vestes nuptiis aptas extra convivium ejicitur in Evangelio, *tenebræ exteriores*? Certè quidquid extra Ecclesiam est tenebrosus est; unde fit ut quisquis ab eâ ejicitur aut egreditur, ea mox sentiat et faciat qualia ab iis qui in tenebris agunt sunt ac judicantur. Vide hæreticorum placita et mores. Quid de Mahometanis et Ethnicis, qui extra sunt, dicam? Conveniunt autem hæc superioribus, quia sunt veluti explicatio ejus quod dixerat ultimo versu, quod *Dei Spiritus et verba Dei non recederent in æternum ab Ecclesiâ*.

VERS. 3. — *ET AMBULABUNT*, etc. Ne quis putaret solos Judæos lumine Christi illustrandos, gentes autem semper in tenebris futuras, ait quod gentes etiam visuræ essent lumen, et Christi gloriâ fruerentur, sed per Judæos; q. d., quod si gentibus lumen impertiatur, non aliud erit quam quo tu frueris, et ad te primum destinatum fuit, juxta promissiones Patribus factas. In splendore ortus tui, seu ad splendorem qui tibi orietur; et hoc est quod habet amplius Judæis quam Græcis, et hæc est utilitas circumcisionis; gentes autem misericordiâ adductæ sunt et *insertæ radici pingui*; quæ in sequentibus magis explicantur hoc eodem capite; significatur enim, quod conversio et illustratio gentium sit beneficium Judæis exhibitum.

VERS. 4. — *LEVA IN CIRCUITU*. Si quisquam filius non admodum æquo animo ferat aliorum fratrum nativitatem et insipienter tristetur, pater autem eum velit exhalare, ac dicat, mi fili, ecce do tibi alios

fratres, qui tibi tanquam seniori serviant; nihil est quod timeas aut invidias; tui sunt; ex superfluis et iis quæ tu abjeceris induentur; diligunt te ut fratres, servant autem ut famuli; quantum plures habueris, ditior ac beator eris; ita multis in locis cum illâ primitivâ Ecclesiâ ex Judæis congregatâ mihi videtur Dominus agere, sicut in Evangelio: *Fili, tu semper mecum es, et omnia mea tua sunt, etc.*, et hoc præsertim loco. *In circuitu*, circumquaque, ad omnes mundi plagas. Gaudere jubet ob ea quæ secundum carnem non nihil majoris illis afferant, præsertim cum videret ex Judæis paucissimos sibi adjungi. *VESENTUR TIBI*. « Tibi, inquam, venerunt; tui erunt; si quid ex hoc illis emolumentum accrescit, tibi quoque illud ipsum accrescit; tibi enim veniunt; tui sunt filii; qui disperserant, neque eos noveras, tibi eos congrego. » DE LATERE SUGENT. Sic omnino legendum est, et sic scriptum ab interprete puto, consentientibus Hieronymi commentariis. Hebr.: *Super latus confirmabuntur*, id est, educabuntur. Quod si vim verbi *laamamah* exprimere velis, pluribus vocibus explicare oportebit, id est, *fideliter, tanquam ad latus nutrium educabuntur, ut confirmetur viribus, etc.* Puto etiam quod de filiis idem sentiendum sit; utrumque enim verbum utrisque tribuendum est, quæ eleganter hebraismus solet distribuere. Dicendum enim foret: *Filii tui et filia tue de longinquo venient et utrique super latus tuum confirmabuntur*. Vide de hoc verbo supra cap. 7: *Si non credideritis, non stabilemini*, etc.

VERS. 5, 6, 7. — *TUNC VIDEBIS ET AFFLUES*, seu *diffuses*, id est, *videns diffuses*. Est autem Hebræis videndi absolutè positum interdum gaudii. « *Leita*, inquit, aspicias, et tanquam fluvius, qui cum ripas transgreditur latè diffunditur, amplificaberis. » QUANDO, vel *quia*. *CONVERSA FUERIT, vel convolvetur*. SUPER TE MULTITUDO MARIS. Quemadmodum si undæ maris ruptis vallibus terram operiant, aut si ingentes aquarum moles in fluvium quempiam convolvantur, redundabit, et diffuens omnia vicina occupabit; ita multitudine transmarinarum gentium ad te veniente, et magno impetu veluti irridente, diffuses, amplificaberis, etc. Possumus autem nomen *hamon*, id est, *turba*, seu *streptitus*, vel pro ipsis hominibus accipere, quos inducit per mare advenientes ad Judæam, nempe Afris, Græcis, Italis, Hispanis; vel etiam pro divitiis transmarinis, ut Eccl. 5: *Qui diligit argentum, non satiabitur argento; et qui appetitum habet in copia, id est, divitiis, non erit proventus, etc.*, et Psal. 37: *Melius est modicum justo, quam copia improborum multa; et sæpe aliâs*. Et vox quam fortitudinem veritatis Vulgatus pro exercitu et robore exercitum accipi potest, vel pro ipsis divitiis strenuitate et labore parti. Ingentes enim divitiæ per mare tam Indicum quam Mediterraneum in Phœniciam afferri consueverant, ut ex profanis et sacris historis manifestum est. Quando etiam omnes mundanæ divitiæ et imperia Ecclesiæ Christi cesserint omnibus notum est. Quod si per *divitias*, aurum et argentum, et cætera quæ mox commemorantur, intelligas vires, ingenium, industriam, artes, scien-

tias, et hujusmodi, quae virescunt sunt quam illae aliae, haec omnia quoque ad Christi Ecclesiam devoluta esse nemo est qui ignoret; quibus ditata Ecclesia per totum orbem dilatata est; et istae sunt *copiae camelorum et dromedariorum*, quae onustae auro et argento *ex Saba veniunt*, et laudes Jehova evangelizant. Isti sunt greges ovium et caprarum ex Arabia, et ex Israelitis seu Agarenis, qui hujusmodi gregibus abundabant. De quibus nominibus vide, si vis, Hieronymum hoc loco. MINISTRABUNT. Passivè accipiendum videtur, ministrabuntur seu in ministerium aut cultum erunt; quod mox exponit. OFFERENTUR. Hebr., *ascendent*. SUPER PLACIBILI ALTARI NEO. Sensum vertit; ego hebraismum retinui, quod apertus esset, super *acceptationem altaris mei*, id est, super altare nihil gratissimum: vel *juxta acceptationem altaris*, id est, quantum quantum altari meo placuerit, ut voluntas figuratè rei inanimatae tribuatur. Per has autem nationes quae infensae erant Judeis, intelligit omnes quantumcumque legibus ac moribus à sanctitate morum et Deo debita subjectione separatas. Repetendum est autem in singulis membris illud quando quod vers. 5, *precessit*. Diffusus, quando greges, etc. Scimus autem quod Israelitae et Sabaei et ceterae nationes Christo obediunt, et ad eum qui *plus quam Salomon* erat venerint. Qui autem fidem Christi amplectebantur, omnia illi libenter offerebant, et dispositioni seu providentiae Apostolorum omnia committebant: et sat benè secum actum putabant si in gremio Ecclesiae exciperentur, et *laudes Domini decantare* seu *evangelizare*, tanquam rem suavisissimam, summam felicitatem ducebant. Reperiebant enim *thesaurum in agro*, pro quo comendo tam gregum oves quam armenta, tam aurum quam cetera omnia bona non satis dignum pretium reputabant. Contemptu itaque omnium illum sibi acquirerebant, non sine ingenti gaudio: quare hic dicuntur *aurum et argentum deferre*, et *laudes annuntiare*, non dicentes cum aliis emptoribus: *Malum est, malum est*, sed: *Hoc quod do nihil est; quod accipio, ingens bonum est*, etc.

VERS. 8. — QUI SUNT, etc. Haec verba possunt referri ad id quod dixerat vers. 5: *Miraberis dicens: Qui sunt isti*, etc. Quae autem interjacent tempus admirationis exponunt; vel certè sunt verba prophetae quasi rem jam videns, et prae gaudio gestientis. Adventum autem gentium *celeritati nubium* comparat, et *columbarum* ad peristeron suum et ad foramina sua magno alarum strepitu *convolantium*; ventus properare facit nubes; columbas amor et pulchrum desiderium. In plurimis autem qui ad fidem veniebant Spiritus sancti motionem erat videre, qui quasi impellere et propellere ad fidem videbatur; in aliis ingentem amoris vim quem erga eum gerebant à quo adeo se amatos sentiebant. Quod significabat Dominus, quando *si exalteretur à terrà omnia ad se attractura* dicebat. Hic, queso, mecum considera, christiane lector, quam omnia impedimenta mundi praevertentes illi quos Deus ad se trahit spiritu seu amore sui; sicut non est in terrà qui nubium cursum possit impedire,

aut volantes aves retardare, quominus quò properant eant. Qui igitur te retineri ditiis doles, pete aut Spiritum coelestem, aut divino ut amore calefas; quo subito omnia deseras, et ad proprias sedes properes, ubi est vera quies.

VERS. 9. — ME ENIM INSULE, etc. d. d.: Dixi volaturos; nam extremi quique orbis accedat et transmarinae provinciae à me uno pendebunt, et spes suas in me collocabunt; quare ad me properabunt; neque enim alteri rei incumbunt, nisi ut me teneant et apprehendant. ET NAVES TARSIS. Explicat quod paulò obscurius dixerat de nubibus et columbis, dicens, quò advehendis filiis Ecclesiae ex ultimis orbis partibus et regionibus transmarinis deservirent naves onerariae, quae extensis velis avibus et nubibus possunt comparari, propter celeritatem et non expectatum adventum. In superioribus autem à nobis jam dictum est de voce *Tarsus* et *navibus Tarsis*. Ceterum quod sequitur: IN PRINCIPIO, nemo est qui explicat. Video quidem quid alii dicant, sed quam appositè, judicet prudens lector. Ego certè quae illi afferunt, quae ratione verbis prophetæ convenient, me fateri non intelligere; neque si suppleamus notam similitudinis, sicut à principio, propterea sensus constabit; neque si ad adventum navium tempore Salomonis cum argento et auro et pavonibus referamus, quòd ita tempore Messiae adveniat, quiddam ad rem dictum existimabo; neque enim verba id sonant, et nimis violenta videtur expositio. Quare postquam diu mecum rem cogitavi, aliter verè posse verba existimavi: ut *rischonah* non pro principio, ut interdum solet, sed pro prima, seu priori et quae praecedat, accipiamus, id est, *praeioria navi*; interdum enim *primus* seu *principium* Hebraeis non tam temporis aut ordinis sunt nomina quam dignitatis, sicut etiam *principes* capita dicuntur Hebraeis, et *principium anathematis* 1 Sam. 15, dicitur *populus accepisse ut sacrificaret*, id est, *praeioria* et meliora, etc. Non ergo abs re fuerit si hanc vocem hic pro primarià nave capiamus, quam *praeioriam* Latini vocant. Solet autem et ceteras praecedere, et major esse, et ducem totius classis portare. Ergo per *naves onerarias cum primarià* puto significari integram classem; nec venturam unam aut alteram navem, sed multas, inter quas solet aliqua esse veluti dux et antiquissimus in exercitu; quod facit et ad dignitatem filiorum Dei, et ad commendandam multitudinem filiorum adventantium ad Ecclesiam matrem. Ordo itaque verborum hic sit: *Intentae ad me erunt insulae; naves item onerariae plurimae cum primarià; et integre classes mihi erunt intentae; et mihi parebunt ad adducendum*, etc. Haec autem non juxta litteram accipienda sunt, ut ad Palaestinam eundem sit, sed figuratè, nempe quòd undique ad Christum veniendum esset ingenti gentium omnium desiderio et velocitate; ita etiam et quod sequitur: ARGENTUM EORUM, etc. Nempe quòd omnia sua, quantumcumque pretiosa, libenter ad Dei gloriam impenderent; et, ut est apud Paulum, *si opus esset, oculos cruerent*, etc. Omnia enim lucra detrimentum ducit cui ad Christum

trahitur, et libenter omnium rerum jacturam facit ut Christum possideat. Quare qui Christo nomen dant, et adhuc lucto inhiant, et cupiditatibus implicuntur, nescio quàm verè et ex animo in Christi militiam transeant; hoc enim video esse valde rei quae geritur consentaneum: *Argentum eorum et aurum eorum cum eis*. Sed quorsum? NOMINI DOMINI DEI TUI, etc. Quasi tunc aliquid pretii habere aurum et argentum et lapides pretiosos existiment, quando in usus glorificationis illius qui omnia condidit impenduntur. Glorificatur autem cultu, praedicatione verbi, subventionem pauperum, captivorum redemptione, et hujusmodi aliis, quae sacrae litterae et Patrum sanctorum decreta commendant. Quia GLORIFICAVIT TE. Hic insinuat, quòd in usus Ecclesiae deferrent aurum et argentum. Quia, inquit, Deus tuus, et qui à te colitur, te glorificavit, idcirco quae tibi offerunt, *nomini Dei et decori ejus* putant se offerre. Absque dubio hic ordo est, et huae sensum haec verba insinuant. Neque enim alibi nomen Domini magnificatur, neque nomini ejus aliquid potest deservire, neque Deo quiddam oblatum quicquam existimet, praeterquam in Ecclesia ejus. Quòd si haeretici dicunt apud se Ecclesiam esse, sciant tantum unam esse Christi Ecclesiam, quam videlicet ille *ornavit et glorificavit*, à qua praesciderunt se universi haeretici. Si enim apud Lutheranos est Christi Ecclesia, quidni et apud Zuinglianos et apud Calvinistas? Vis scire quae sit Ecclesia Christi? Vide unde isti omnes se praesciderunt; quae una est, et Spiritum Dei habet qui non sibi contrarius est; et in qua est verbum Dei, et erit usque in saeculum saeculi; quam Deus ornavit, in qua colitur, quem cultum in templis vides, quem ignorant haeretici, cultum spiritalem tantum praetextentes, homines ipsi carnales, qui non nisi carnem sapiunt: isti, ut sunt cupidi et cupiditatum servi, universam Dei glorificationem praedicatione verbi definiunt; cujus se praecones gloriantur, ut omnia quae in Dei cultum in Ecclesia offerre solebant fideles, in suas voluptates et suae carnis cultum quoquo pacto convertiant. Huc certè ille tendit exterioris cultus contemptus. Diabolus verò, ut est mirus malorum artifex, his istorum inventis mirè favet; scit enim quòd cum ex corpore et animo constant homines, et ad animum omnia per sensus corporis perveniunt, si cultum exteriorem aulerat, spiritalem tantum de mente Domini esse docens, citò neque corpore neque animo Deum colent, sed toti, tanquam bruta, in voluptates ruent nullo religionis freno coerciti. Ergo istis omissis agnoscamus in Ecclesia exteriorem cultum, qui mentes fidelium tenet, et animos ad amandum Deum incitat. Hunc sacrae litterae commendant; nam quae in usus Ecclesiae conferuntur, nomini Domini oblata affirmant, qui quam Ecclesiam suam spiritualiter exornarit, nec non etiam visibiliter inestimabilibus Sacramentorum divitiis suscipit ea quae à fidelibus Ecclesiae offeruntur, quòd ad celebrationem nominis sui faciant. Haec autem idcirco gaudet, quòd ad nostram sanctificationem summo perè conducit.

VERS. 10. — AEDIFICABUNT FILII PEREGRINORUM. IN

Hebr., est singulare, *extranei* seu *advena*; sed rectè Vulgatus numerum mutavit. Sunt autem juxta tropum Scripturae *fili advena* advena ipsi seu extranei, qui alterius sunt generis seu religionis, ut supra non vno loco annotavi. Muros tuos, inquit, tanquam civitatem alloquatur; sed muros ex lapidibus vivis hic intellige. Non minùs enim aedificaverunt Ecclesiae muros alienigenae quam Judei. Habuit namque in illa aetate aetate ex gentibus plurimos episcopos et verbi Dei praecones, qui potestate et scientià ad aedificationem Ecclesiae usi sunt; neque deerunt unquam his aliqui similes inter quamplurimos qui sanctorum sedes obtinent, destructores potius censendos quam aedificatores. ET REGES EORUM. Quot christianissimos reges habuerit Ecclesia novimus, qui ei non minùs servierunt sua potestate et seculari auctoritate quam sancti pontifices, IN INDIGNATIONE ENIM MEA, etc. Hic locus facit ut superiora de Judaeorum Ecclesia intelligamus, quae à Domino fuit expurgata per Christum; quae bonà parte suorum filiorum fuit per infidelitatem expoliata, et tandem ad paucissimorum numerum redacta, rursus ex gentibus aliis filiis donata est, et ab ipso Domino magnificè amplificata, magnifice divitiis spiritualibus quam corporalibus exornata. Hanc autem vicissitudinem quae sequuntur magis explicant. Habemus interim hic propter scelera filiorum Ecclesiae Deum dici indignari in ipsam Ecclesiam. Fatetur enim quòd *adversus eam indignatus sit*, id est, adversus populum qui intra Ecclesiam est; ex indignatione autem proficiscuntur et pestes et intestina bella inter semetipsos, et ab hostibus populi Dei illata; adde schismata, adde haereseis, et id genus mala quae Ecclesiam invaserunt, eamque magnà ex parte dilacerant, et filios ejus ad paucitatem redigunt; qui utinam nostro hoc saeculo non usque adeo manifesta essent! et hactenus quidem iratum Deum sentimus. Commiserationes autem ejus, etiamsi scelera in dies augeri intelligam, exspecto tamen; nam *multus est ad condonandum*; in momento enim, si ei visum fuerit, tam tempestates omnes quam quae ipsa concitant scelera delebit; quòd si faciat, propter *adversarios, retonah*, seu *bona voluntate sua*, faciet. Eò autem magis in eà, quam dixi, spe confirmor, quòd res nostras desperatas conspicio; aut enim finis omnium in januis est, aut rerum facies immutabitur.

VERS. 11. — ET APERIENTUR PORTE, vel *aperient ipsae*, scilicet ministri, etc. Significant autem haec infinitam adventantium multitudinem, simul etiam et capacitatem civitatis, quae totum mundum capere potest. Non enim Sacramentorum finita est virtus, ut in plures dispersa minora prosint; neque absolventi à peccatis potestas ullis finibus claudiri, sed integra in Ecclesia perseverat; neque Deus in divisione coelestium donorum avarus est, ut molestum sit illi quotidie et in singulas horas beneficia impertiri; imò portas apertas esse jubet, et quae *gratis accipimus nos gratis dare*, et ab aequa illa personarum acceptatione omnes excipere, et ad nuptias Filii sui, quae usque hodie durant, introducere.

VERS. 12.— GENS ENIM, etc. Non est extra Ecclesiam Christi, extra Ecclesiam apostolicam, salus; est enim *firmamentum et columna veritatis*, id est, firma, quæ ruere non potest, ut tutum admodum fuerit ei inniti; qui enim ei innititur, Deo ipsi innititur. Aliæ verò Ecclesie sunt *calami confRACTI*; et *baculi arundineæ*; Deum non colunt in veritate; ideoque excidentur. Nam *omnis plantatio quam non plantavit cælestis Pater, eradicabitur*. Non solum autem hæreticorum Ecclesie, sed universa regna quæ ad Ecclesiam non transierint, auferentur et abolebuntur. Imperet licet multos annos Turca, et magna prælia adversus populum Dei conficiat, ipse tandem ejusque imperium, si Ecclesie Dei non obediit, excinditur. Nam qui Ecclesie filius non est, Dei filius esse nequit. SOLITUDINE VASTABUNTUR. Sensus Vulgatus expressit; quod verbum verbo reddidi, quod ex superioribus planum esset, *civitates et regna excidantur*, Hebræis esse habitatoribus nudari; *gentes verò excidantur* est occidi et interim.

VERS. 13.— GLORIA LIBANI, etc. Quasi de materiali templo loquitur; est enim Ecclesia templum Dei, regia et aula Dei. Per arbores autem quarum hic nomina ponit (quarum tamen naturam nostra ætas ignorat) intelligit omnia quæ ad decorem, pulchritudinem et stabilitatem Ecclesie pertinent. Crescebant verò in Libano arbores in admirandam magnitudinem, qui jam nunc arboribus ferè totus destitutus est. De his vocabulis et arborum nominibus vide supra cap. 41, 49. Admonendum te tamen duxi, christiane lector, quod *thidehar*, quam hoc loco *buxum* dixit Vulgatus, cap. 41, *ulmum* vertisse; *thesaur* verò, quam hic *pinum*, illic *buxum* dixisse; ipsi quoque Hebræi sibi non constant. Fortè autem est *Tascur* *tazur* arbor aëti similis, de qua vide Plinium. Nomen enim congruit, cujus licet hæcæ venosæ sint, ligna tamen construendis fabricandisque domibus non sunt inepta, sed venustatem habent. LOCUM SANCTIFICATIONIS. Non Hebraicum plerumque etiam pro *sanctuario* accipitur, id est, loco sacro, in quo tantum sacra peragebantur et reponebantur; Exod. 15: *Sanctuarium, ò Jehova, quod firmamentum manû tuarum*. Josue 24, etc.; in locum autem sanctuarii successerunt in Christi Ecclesiâ templa. Notandum tamen, quod locum quem *sanctuarium*, seu *sanctificationem suam*, id est, quem ipse sanctificavit, vel in quo ipse sanctificatur et colitur, vocaverat, vocet etiam *locum pedum suorum*; ut videas quantum civitas hæc et domus Dei ab illâ cælesti distet, quantumque optabilius sit ad eam transire quam hic commorari; ubi tantum *pedes Domini* quiescant. Vide etiam qualem sanctitatem requirat Deus, qui *locum pedum suorum ipsam sanctificationem* faciat, ut non nisi in sanctissimo vel pedem tantum figere dicatur. Hunc autem *pedum locum se honorare* dicit Dominus, seu *ornare pedibus suis*. Quæ autem ornamenta sint Ecclesie omnes novimus; quæ tamen nemo videat neque audiverit et in *cor hominis non ascenderunt*; ut tecum cogites, quamquam ornamenta, quis decor sit civitatis illius beate; aut etiam quale habitaculum sibi velit in animis nostris adornari. Sed tibi, aman-

tissime hominum Deus, hoc ego libenter committo, ut qui *locum pedum tuorum* ob sanctitatis amorem sic sanctificasti atque ornasti, animam, in qua totus habitare dignaris, ipse quoque ornare velis.

VERS. 14.— ET VENIENT AD TE, etc. Græci et Romani, Babylonii quoque et Aegyptii, à quibus Ecclesie Dei multa mala passa est, ipsam tandem ingressi sunt, et ejus sunt facti filii; ut fortè ob hanc causam *filios assigentium eam* dixit, quia illi quidem populi, licet non iidem homines. Deum colere, cujus cultores ipsorum patres afflixerant. Curvi, incurvando se. Verbum gestum notat humilantium semetipsos, et eorum quos propria conscientia revocat, ne accedant. Agnoscentes ergo filii patres suos veri Dei cultores insectatos fuisse, poenitentia et religione ducti, submittent animos quasi veniam deprecari accedent; accedent, inquam, non quidem ad te, sed *super vestigiis plantarum harum sese prosternerentes supplicabunt*. Quæ omnia nihil aliud notant, quam quod magna humilitate et animi submissione erratorum suorum veniam peterent, indignitatem anteaactæ vitæ agnoscentes, et omnia ecclesiastica mysteria magni facientes. Quod certè eorum est proprium qui verè ad Christum pertrahuntur. Nesciunt isti superbiam et fastum, et indignos se esse arbitrantur qui vel ministris Dei famuleantur. Cùm enim è quantis malis eruti sint solâ Dei miseratione agnoscent, in quibus poterant quemadmodum patres eorum consensescere, ac tandem diem claudere extremum; non possunt non se submittere illis, qui tantæ suæ felicitatis ministri fuere. Eos sanctissimos viros putant, ipsam verò Ecclesiam ut sui Domini sponsam venerant; in quâ eis vident aliquorum ministrorum errata, ipsam nihilominus sanctam civitatem appellant, et Dei domicilium, et multorum millium angelorum frequentiam, et alia hujusmodi nomina quibus sensum animi sui produnt et studium quod erga Ecclesiam Christi matrem suam gerunt. Quare parùm ad Christum eos pertinere existimo qui parùm Ecclesie ipsius deferunt, et ministros ejus insectantur; nam filii illorum patrum qui Ecclesiam oderunt et insectati sunt, si ad Deum convertantur, ut habes ex hoc loco, *curvi et in terram demissi vestigia eorum adorant*.

VERS. 15.— PRO EO, quod fuisti, etc. Jam supra annotavi, Ecclesiam sub tempore Christi admodum fuisse contemptam, fuisseque veluti omnino abjectam, non solum quod populus ille variis tempestatibus lactaretur, sed multo magis quod peccatum ferè omnes possederat; neque erat *justus quisquam*, sed omnes *declinaverant*, etc., ut superiori capite visum est. Decevit autem Deus penè extinctam Ecclesiam suam suscitare, et in paucis admodum Israelitis promissiones suas factas patribus adimplere. Cùm igitur hæc legis, oculos mentis conjice in Ecclesiam illam quam Dominus Jesus congregavit, ditavit Spiritu suo, et ornavit cælestibus ornamentis; videbisque omnia quæ hic dicuntur minora esse rebus ipsis, eo quod non possint rei magnitudinem ulla verba æquare. Quare figurata sunt omnia; et quamvis Judæorum

gloriam ac dignitatem contineant, cùm verba ipsa spiritaliter intelligenda sint, si vera esse velimus, tantum abest ut habeant unde gloriantur carnales Judæi, ut hisce rebus et tantarum promissionum splendore magis cæci reddantur. Fuit igitur adventum Christi Ecclesia *derelicta* et penè *deserta*, veluti *exosa* et despecta; quod explicatur, cùm ait: *Abique transeunte*; declinaverant enim ferè omnes ad impietatem; non erat qui fidem, qui justitiam et misericordiam sectaretur; erat quidem terrena Jerusalem hominibus plena, templum viscebatur, sacrificia offerebantur, legebantur lex et prophete; erat tamen Ecclesia *abique transeunte*, sicut civitas quæpiam *deserta*. Illi enim interdum tantum numerantur et recensentur, et homines vivi putantur in Scripturis, qui pietatem et justitiam colunt. Qui si nulli sint, dicit: *Non erit vir; omnia vacua, et thobu*; adventiente autem Domino cepit regio illa frequentari, statimque post mortem Domini magna accessio facta est, præsertim postquam discipuli fuere *induti virtute ex alto*, et divinam bonitatem mundo ceperunt aperire. Confer enim desolationem illam cum iis quæ postea subsequuta sunt, et videbis quàm verum sit: PONAM TE IN SUPERBAM SECCULORUM. Subjugarunt discipuli Domini universum orbem, et Roma orbis caput Ecclesie jugum subit lubens; et tunc se satis gloriosam putavit, si piscatorum pauperulorum, atque adeò Judæorum prædicationi obediret, ut multo amplior fuerit Romæ dignitas quod Evangelio cessit quàm quod mundum subjugarit. Ne autem existimaret quis, imperium Ecclesie armis ac metu propugnandum, addidit. CAUDIUM GENERATIONIS, etc. Omnium ætatum gaudium est Ecclesia Christi, neque est quod quisquam gaudeat, si ejus gaudii particeps non est. Possunt verba hæc non solum ad tempus referri sed etiam ad omnes generationes hominum. Quamdiu enim homines erunt, seu mundus durabit, et secula seculis succedent, Ecclesia dignitas et gaudium durabit. Durabit enim remissio peccatorum, et sanctificatio mentium, fides, spes, charitas, thesaurus desiderabilis; pignus æternæ beatitudinis; quæ tanta est, ut spe satiet, et perpetuò gaudere faciat. Quod si totius orbis gaudium est Ecclesia, ergo ad eam omnes occurrunt; ergo ab omnibus judicabitur dilecta; ut videas commutationem, quod pro derelictione et nullo habitatore, sed neque *prætereunte*, omnium ætatum homines sit habitura.

VERS. 16.— SUGES LAC, etc. Videbaria despecta; *suges lac*, etc. Quidquid enim pingue, dulce, quidquid optimum habuit totus orbis, discipulorum Christi imperio cessit, et Ecclesia Christi de optimis terræ bonis quod voluit, habuit; quod noluit, abiecit. MAMILLA REGUM, etc. Quantis favoribus Constantinus aliique imperatores Ecclesiam prosecuti sint, profanæ etiam historie narrant. Quod certè cùm factum vidit orbis, planè intellexit rem à Deo geri, et omnipotentem esse qui Ecclesiam fundaverat. Notandusque est locus hic; nam apertè evincit, quod nihil sic Dei agnitionem promoveat ut regum ac principum pietas. Cùm

enim in terrâ sint veluti diti; si eos videmus alteri fidem servare, servos Dei colere, Ecclesiam Dei, Dei domum, adeoque et templa edificare, ornare, fovere, non possumus non magnificare Dei potentiam, qui homines hominum dominos mansuefaciat et in officio continet. Adde, quod mundus ea tantum honore digna putat quæ mundi principes magnificunt. Hanc ob causam cùm dixisset: *Et mamilla regum lactabris*, addit: *Et scies, quod ego Jehova, etc.*

VERS. 17.— PRO ERE, etc. Commutationem tristi-um in res lætas vidimus superiori versu; hic credo attingere prophetam commutationem etiam bonorum in alia potiora bona. *Es certè et ferrum* dici poterant pretiosissima quæque illius ætatis; et quæ Ecclesia ante adventum Christi habuit, sive sacrificia, sive Sacramenta, si conferantur cum iis quæ per Christum habuit, sunt *es et ferrum* collata auro et argento. Minus etiam autem pretiosa illius ætatis collata minoribus bonis Ecclesie sunt *ligna et lapides*; villa autem Ecclesie sunt *es et ferrum*; pretiosa itaque sunt, et æternum duratura Ecclesie bona, et veteris Ecclesie Sacramenta in perfectiora commutata sunt; significabant enim tantum sanctificationem, non item effluant; quod certè nova Sacramenta faciunt, ut inepitire et omnino errare hæreticos intelligamus, qui non majorem Baptismo efficaciam aut Eucharistie ad sanctificandum tribunt quàm veteri circumcissioni; fidei enim omnia ascribunt; sed decipiuntur *ignorantes Scripturas et virtutem Dei*. Certè et si omnia ista figurata sint, *argentum et aurum* tunc habuisse negat hic locus. Quid mihi respondari sint, novi: sed signenta quoque esse novi. VISITATIONEM *phedudah*, non solum ipsam actionem *visitationis* seu *inspectionis*, sed *munus* quoque, quale est pastoris, episcopi vel magistratû notat; quorum est noscere quid agant subditi, ut justis præmia, injustis penas conferant. Cùm autem præfecti impii ac tyranni sunt, omnia perturbant et miserè divexantur Ecclesia. Si verò sunt pacis et reipublice integritatis amatores, benè habent omnia. Quantos autem sanctissimorum pontificum fuerit numerus, quis narrare poterit? quàm humanos *exactores* olim quod habuerit respublica christiana, nemo est qui ignoret. Ego certè hoc loco tam pastores ecclesiasticos quàm magistratus politicos intelligo; hos *exactores*, illos *visitatores* appellat; illos integrè, hos justè officia peracturos pollicetur; adimpletam promissionem felicitatemque hanc durasse non paucos annos scio. Quid autem nostro hoc seculo fiat, juvat magis deslere quàm describere.

VERS. 18.— NON AUDIETUR ULTRA INIQUITAS, etc. Obijciunt nobis Judæi *iniquitates* seu *camas*, id est, violentiam seu tyrannidem, quæ *rapina conjuncta est* (hæc enim est vis nominis); obijciunt oppressiones, *vastationes et confractiones*, quæ in republicâ christianâ vigent. Quare aiunt hæc nondum impleta. Quæ objecta è majorem vim habent, quò manifestius est in ipsis quoque ecclesiasticis reperiri hujusmodi mala; nam et belligerantur interdum, et aliorum regna devastant. Illud etiam *Non ultra* aliquantulum urgere

videtur. Sed his ego respondeo, hæc ad hostes pertinere, quod non ultra vim inferant sanctæ civitati, vel terram ejus devastant aut diripiunt, aut muros perfodiunt diruantque; spiritualis enim civitas est, quæ licet oppugnetur, nunquam tamen expugnabitur; neque portæ inferi prævalent adversus eam. Quid? quod multi ad hæreticos deficiunt, et multa regna Ecclesiam Dei ignorant? Verum id quidem, sed Ecclesia integra est, muros integros habet; omnia sua bona possidet, semperque possidebit; si deficiunt nonnullæ nationes, aliæ succedunt: si Europa neget, Asia confitebitur; et prius aderit Filius hominis, quam omnes deficiant. Itaque veluti accidentia sunt hæc (ut loquuntur dialectici) quæ ab Ecclesia auferri possunt; dignitas, integritas, divitiæ, quæ infinitos mundos ditare possunt, nemo poterit convellere; habet enim salutem pro muris, et laudes pro virtutibus. Aeterna est Ecclesie salus, neque ei unquam deerunt qui pro tantis in eam collatis à Deo beneficiis laudes decantent, aut certè ea quæ laudari satis pro dignitate nequeunt. Aluditi autem ad morem civitatum pacis tempore, quando in muris non arma, non vigiliæ voces sonant, non diruentium et quantulumvis ictus; sed in portis choros ducunt juvenes et puellæ, etc., ut integros semper muros et portas fore hæc notent. Sicut enim refectionem murorum hebraismus vocat *curationem*, seu *emplastrum*, ut supra annotavimus; ita integritatem, salutem. Est autem Christus Dei filius murus et propugnaculum Ecclesie; non est quod ruituram timeamus; defectionem tamen nonnullorum non possumus non delectare. Ex sequentibus autem hæc magis elucescunt.

VERS. 19. — NON ERIT TIBI AMPLIUS SOL, etc. Hæc aperte significant spiritalem esse civitatem, et spiritalem regnum, quod non corporali sole ingeat aut lund. Alia hujus regni lux est quam quæ oculis cernitur; Christus et nomen ejus pro sole est, et pro luna Ecclesie suæ; tenebras adversitatum suo tempore depellit, ignorantia verò semper. Neque enim unquam decepta fuit, neque decipi potest in rebus fidei et doctrinæ morum, velint nolint Lutherani. Quid enim est *lux sempiterna*? quid est quod vers. 20, dicitur, non occidere solem, neque colligi lunam? Non hic de æternâ patriâ agitur; perpetua oratio est, et de felicitate Ecclesie est sermo; quod qui negaverit, sensu indiget et istius lucis radiis.

VERS. 20. — NON OCCIDIT SOL, etc. Rectè vertit Hebraismus. Verbum enim *bo*, id est, venit, cum de sole dicitur, est Hebræis idem quod occidere, ut Genes. 28: *Quia ingressus erat sol*. Tunc enim videtur ingredi terras, vel Oceanum, ut loquuntur poetæ et vulgus. Similiter et Mich. 3, quod etiam dixit de luna. NON MINUETUR. Sensum expressit; nam Hebræi colligere dicunt. Cum enim luna minuitur, videtur colligi et contrahi. Potest autem Sol uni aut alteri Ecclesie occidere; potest aliqua particularis Ecclesia decipi; at universalis Ecclesia et Christi sponsa errare nequaquam potest. Si enim erraret, sol illi occumberet, et luna minueretur; Deus autem, qui illi est lux, in

eternum manet, et deficere non potest. Quæ enim sequuntur, aperte probant in hac vitâ hæc complenda esse. Nam quod ait: COMPLEBANTUR DIES LUCTUS TUI, mox versu sequenti exponitur; luctus enim Ecclesie fuit videre se filius orbis, et omnes filios suos ad impietatem declinare; et post adventum Christi,

VERS. 21. — POPULUS AUTEM TUUS OMNES JUSTI, etc. Omnes solet Scriptura usurpare pro plurimis. Primis autem illis Ecclesie temporibus, cum in vivos agerent Apostoli, atque adeo post illorum discessum, ferè omnes sancti erant, et Sancti dicebantur. Vide Pauli epistolæ. Quidam, quæso, tunc lugeret Ecclesia? Adde, quod per Christum imperio exutus est diabolus, et semel damnatus est, ut aliâ redemptione aut redemptore non indigerent homines, licet peccent; sed ad sanctitatem facilis sit regressus. Quare statim addit: IN SEMPERITERNUM HEREDITABUNT TERRAM, q. d.: Non esse ejusmodi regnum Christi, à quo expelli inviti possint habitatores; poterunt quidem ipsi discere, et suâ sponte in aliena castra, et devicti jam tyranni potestatem transfugere; sed si nolint, nemo est qui hæreditate pellat. Talis enim regio est quam animo possiderent, quando corpus dissiparetur, ut in profundum maris demergeretur. GERMIN PLANTATIONIS MEÆ. Seu surculus mihi charissimus, qui meis manibus plantatus est, quæ tanquam ornameto me ornabo. Ita enim accipiendum est verbum in *hispæle*. Quis verò audeat plantulam convellere quam ad de decorandum plantavit Dominus omnium? *quis rapiet oves de manu Filii, quas et dedit Pater, omnis maior?* Hic ræcum, quæso, considera Ecclesie et fideliū dignitatem, quos fatetur ipse Dominus in hunc usque ad se plantatos, ut eis tanquam vestimento ornaretur. Quid miramur gloriam suam et coronam suam Paulum discipulos appellare, si ipse Dominus id aperte de semetipso testatur? Ex plantatione Judæorum, quam ad suas delicias plantaverat in Judæa, ut vides supra cap. 5, non quem expectaverat fructum recepit; at novella hæc plantatio, quam suis manibus, id est, labore et sudore vultus sui plantavit ad semetipsum ornandam, agricolam nequaquam fecellit; sed jucundissimos flores ac fructus protulit, quos intrepidè et absque rubore potuit exhibere Patri immaculatis et irreprehensibilibus et sibi conformes; etsi enim despecti essent in oculis mundi, erat illis indignus mundus, et in oculis Dei erant jucundissimi; quare sequitur,

VERS. 22. — MINUS ERIT IN MILLE. Vides, quod non spe suâ deciderit agricola? Surculus unus admodum parvus et in oculis hominum vilissimus mille, id est, plurimos Deo germinabit, sicut unum granum frumenti cadens in terram multum fructum attulerat. Quot milia hominum minimis ille Apostolorum, qui non erat dignus Apostoli nomine, ad Christum adduxit! Quam fortem gentem unus Matthæus progenuavit, quæ adhuc hodiè Evangelium retinet in Æthiopiâ ultra Ægyptum! Sed, ut Apostolos taceam, infinitus est parentum numerus, qui uberrimos fructus et Deo gratissimos protulerunt, quales fuerunt religionum, quas vocant, auctores, in quos nostri temporis hære-

tici immerito debacchantur. Quid enim si multi ex illis, qui illorum institutis abdicantur, ceciderunt, neque sancti vivunt? Numquid ruina illorum fidem Dei evacuavit, et manum ejus abbreviavit? Si isti, ut malè de vite instituto sentias, tibi suadent; quid innumera-biles alii qui vitam sanctissimè duxerunt, et adhuc hodiè vivunt, te ad laudandum non invitant? Verum canes odio sunt furibus et lupis. Sed ad rem redeamus. Ego DOMINUS IN TEMPORE EJUS, etc. Puto esse fornam jurantis: Ego Jehova: et interdum per se, Ego, ut supra 59, vers. 21. Additur autem in rebus magni ponderis. IN TEMPORE EJUS. Apertius est si dicas, suo tempore, id est, aptissimo tempore. Habent enim sua tempora et occasiones ferè omnia. Sed quid est: *Festinare faciam suo tempore*? Fortè significat, quòd ubi advenit harum rerum tempus et occasio,

CAPUT LXI.

1. Spiritus Domini super me, eò quòd unxerit Dominus me, ad annuntiandum mansuetis misit me, ut maderer contritis corde, et prædicarem captivis indulgentiam, et clausis aperiorem.
2. Ut prædicarem annum placabilem Domino, et diem ultionis Deo nostro; ut consolarem omnes gentes;
3. Ut ponerem lugebuntibus Sion, et darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mororis; et vocabuntur in ea fortes justitie, plantatio Domini ad glorificandum.
4. Et ædificabunt deserta à seculo, et ruinas antiquas erigent, et instaurabunt civitates desertas, dissipatas in generationem et generationem.
5. Et stabunt alieni, et pascent pecora vestra; et filii peregrinorum, agricolæ et vinitores vestri erunt.
6. Vos autem sacerdotes Domini vocabimini: Ministri Dei nostri, dicitur vobis; fortitudinem gentium comeditis, et in gloria earum superbiatis.
7. Pro confusione vestra duplici et rubore, laudabunt partem suam; propter hoc in terrâ suâ duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis.
8. Quia ego Dominus diligens judicium, et odio habens rapinam in holocausto; et dabo opus eorum in veritate, et fœdus perpetuum feriam eis.
9. Et scient in gentibus semen eorum, et germen eorum in medio populorum; omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus.
10. Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit anima mea in Deo meo; quia induit me vestimentis salutaris, et indumento justitie circumdedit me, quasi sponsam decoratam coronâ, et quasi sponsam ornata mionibus suis.
11. Sicut enim terra profert germen suum, et sicut hortus semen suum germinat; sic Dominus Deus germinabit justitiam et laudem coram universis gentibus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — SPIRITUS DOMINI, etc. Dixerat in fine superioris capitis quòd rem citò ad tempus suum properare faceret; cum autem felicia illa per Christum Dominum essent ventura, eum ipsum loquentem fa-

brevi tempore complebuntur quæ dixit. Paucorum enim annorum curriculo Evangelium in toto orbe obtinuit, et Ecclesia ad immensam gloriam et amplitudinem pervenit. Quid si significet quòd Dominus acceleraret harum rerum tempus? ut illud beth sit accusativus, ut interdum solet, et verti debeant verba in hunc modum: *Ego Jehova in tempus suum festinare faciam istud*. Cum enim quæ futura sunt apud ipsam jam sint non festinare tempus, ut adveniant, sed festinare res ipsas, ut accedant ad tempus suum, aptissimè dicit Dominus; et hic sensus planus est, et ad consolationem facit. Nos hujus temporis plenitudinem vidimus, ob quod infinitas Deo gratias agimus, etsi jam multorum charitas refrigeret, et res ad interitum properare videntur.

CHAPITRE LXI.

1. L'esprit du Seigneur est sur moi; car le Seigneur m'a donné l'onction; il m'a envoyé pour annoncer sa parole à ceux qui sont doux et humbles, pour guérir ceux qui ont le cœur brisé, pour prêcher la grâce aux captifs, et la liberté à ceux qui sont dans les chaînes;
2. Pour publier l'année de la réconciliation du Seigneur, et le jour de la vengeance de notre Dieu, pour consoler ceux qui pleurent;
3. Pour mettre sur la tête de ceux de Sion qui sont dans les larmes, pour leur donner une couronne au lieu de la cendre, une huile de joie au lieu de larmes, et un vêtement de gloire au lieu d'un esprit affligé; et il y aura en elle des hommes puissants en justice, qui seront des plantes du Seigneur, pour lui rendre gloire.
4. Ils rempliront d'édifices les lieux déserts depuis plusieurs siècles; ils relèveront les anciennes ruines, et ils rétabliront les villes abandonnées, où il n'y avait eu qu'une solitude pendant plusieurs âges.
5. Les étrangers viendront et seront les pasteurs de vos troupeaux; et les enfants des étrangers seront vos laboureurs et vos vigneron.
6. Mais pour vous, vous serez appelés les prêtres du Seigneur; vous serez nommés les ministres de notre Dieu; vous vous nourrirez des richesses des nations, et leur grandeur servira à votre gloire.
7. Au lieu de la double confusion dont vous rougissiez, vous louerez votre sort; et vous posséderez dans votre terre une double récompense, vous serez remplis d'une joie qui ne finira jamais;
8. Car je suis le Seigneur qui aime la justice et qui hais les holocaustes qui viennent de rapines et de violences; j'établirai vos œuvres dans la vérité, et je ferai avec vous une alliance éternelle.
9. Votre postérité sera connue des nations, vos rejetons s'étendront parmi les peuples; tous ceux qui vous verront vous reconnaîtront pour la race que le Seigneur a bénie.
10. Je me réjouirai avec une effusion de joie dans le Seigneur; et mon âme sera ravie d'allégresse dans mon Dieu, parce qu'il m'a revêtu des vêtements du salut, et qu'il m'a paré des ornements de la justice, comme un époux qui a la couronne sur la tête, et comme une épouse qui est parée de ses joyaux.
11. Car, comme la terre fait germer la semence, et comme un jardin fait pousser ce qu'on y a planté; ainsi le Seigneur Dieu fera germer sa justice et fleurir sa louange au milieu des nations.

cit, quasi jam operi accinctum; hoc enim sonant verba hæc: *Spiritus Domini super me, unxit me, etc.* Inaugurationes enim sunt regni initia. Et preter hoc quòd et ipse cum lætitiâ celebratur, sunt etiam lu-

turorum gaudiorum pralibationes. Esse autem verba filii Dei, ipse in Evangelio exposuit. Notanda porro est hoc loco Scriptura phrasim: *Esse, aut fieri, spiritum, seu manum Domini super aliquem* est Spiritu Dei impelli, et a Deo destinari ad aliquid peragendum. Exempla passim obvia. Hic verò quod priori loco dixit, mox aliis verbis exposuit. Idem enim hic vocabat Spiritum Domini esse super Jesum, et Jesum ungi. Quorsum autem Spiritus super ipsum fieret, aut cum Dominus ungeret statim explicabit. *Unctum oleo laticis*: erat David, id est, unctione suavissima; quæ et ejus qui ungitur mentem et circumstantium omnium, id est, in ipsum credentium, inenarrabili lætitiâ perfundit; nam de plenitudine ejus omnes accipimus; et statim v. 5, de alio gaudio fit mentio quod afflictis Christus Dominus daturus erat. Eo quoniam, ita, sic optemta interdum redditur; et quæ Vulgati editionis sententia, quia Dominus me unxerat, me misit ad evangelizandum. Si autem pro idè accipiamus, redditur adventus Spiritus sancti super eum seu unctionis ratio ex fine; Dominus unxit me; idcirco autem me unxit ut evangelizarem, etc. Priorem expositionem probat Lucas, qui hunc locum juxta Septuaginta versionem adducit. Unxit, *marcæ*: hinc Messia nomen, id est, uncti; quod nomine per excellentiam dicebatur præcipuus ille rex qui expectabatur. Hic autem habes unctionis illius seu functionis et ministerii usum, ut interim videant Judæi quale futurum erat Messie regnum. Non propterea se unctum dicit ut orbem bello subjigaret, et Judæos rerum dominos faceret, quemadmodum Romani postea fuerunt, sed ut evangelizaret. *MANUS*, seu ut est in Hebr. *anivim*, id est, auxilio et ope destitutus. Quia verò humilis fortuna animos quoque deprimit, ferocitatem auferit, et mansuetudine induere solet, nihil obest quominus pro mansuetis accipiat. Verum ubinam gentium reges bona nuntiant afflictis et ope destituti? Aliorum certe non regum hoc munus esse consuevit; at regi Christo hoc imprimis hic demandari vides. Non ergo de hoc mundo est regnum ejus. Meum quoque, Christiane lector, hoc loco, quæso, considera horum verborum consecutionem, *eo quod unxit me ad evangelizandum, ad ope destitutus misit me*. Arbitror enim nihil aptius die potuisse. Cui enim humilium et auxilio destitutorum hominum cura melius committi potuisset quam uncto à Domino, id est, spiritu Dei prædico? Spiritus enim mundi tantum abest ut istis favcat, istisve bona nuntiet, istorum rationem habeat, ac curâ tangatur, ut similes canibus eos quos imbut reddat, qui sui similes obgannientem et læsum canem latratibus et morsibus impetunt; expers enim humanitatis et totius commiserationis est. Spiritus quoque carnis sibi tantum amicus cum sit, nimiumque carnem sapiat, hec monstrum habeat, ut fratrem ejusdem carnis non nisi cum res sua agitur curet; Spiritus autem Dei, qui naturâ in immensum à carne distat, totus humanus est et charitate plenus, etiam in cordibus hominum diffusus. Quare cum præ conscribitur cæterisque hominibus unctus fuerit, et spiritu sancto plenus homo

ille Jesus Christus, merito ei pauperum cura demandatur, ut eis evangelizet, id est, læta nuntiet. Quod enim Græcis et Latinis est evangelizare hoc Hebræis est *basar*: quo verbo hic utitur propheta. Neque dubites ad hunc locum alluisse Dominum, quando inter cætera signa discipulis Joannis dixit: *Pauperes evangelizantur*. Tam autem Luc. 4, ubi verba hæc adducuntur, quàm ejusdem 7, ubi de discipulis Joannis narratur, et Matth. 11, ubi ad hunc locum fit *Musio*, pro Hebræo *anivim* ponitur Græcè *παυροι*: quod nomen apud probatos auctores, ut cum Tertulliano loquar, *inopes* aut *mendicos* notat; et eo utitur Matthæi interpres cum cap. 5, dicit, quod sint beati, quoniam ipsorum esset regnum celorum, quod certe est pauperes evangelizare. Quem enim gratiore munus audire possent, quàm ex ore veritatis felices se et reges in regno celorum esse? Non ignoro autem quod eo loco, atque adeo hoc ipso quem præ manibus habemus, multi non inducti viri vellent non inopiam, sed mansuetudinem commendari. Verum hoc quoque scio, animum hominis, cui non molesta est inopia, et qui cupiditate omni vacuus est, regno Dei aptissimum judicari. Hæc tantum dicta velim propter eos qui hisce diebus inopiam et mendicitatem, quoad ejus fieri potest, dammare non cessant. Vide Tertul. in enarratione Lucæ contra Marcionem. *MEDICUS*, vel *superalligarem*; quod faciunt chirurgi. *Contritus autem corde*, seu *contractos* vocant Hebræi eos quos Latini dicunt *animo frangi*; qui quando adversa irrumpunt, libere ipsis cor dilaniandum tradunt. Horum Dominus Jesus rationem habuit, hos bono animo esse jussit, quod non essent condigne passionibus hujus temporis ad futuram gloriam; gauderent et exultarent; quoniam merces eorum multa esset in celis. Hic quoque cogita, absque unctione Spiritus sancti recte munus hoc geri non posse. Quare in singulis membris illud repetendum: *«Eo quod unxit me, ad superalligandum contractos misit me.»* *Rursus*: *«Eo quod unxit me, ad predicandum captivis indulgentiam misit me,»* etc. *CLAUSIS APERTIONEM*, vel *vinctis*, seu *ligatis*; at quia verbum *phacac*, à quo nomen geminatum hic legitur, propriè de aperture oculorum aut aurium dicitur, factum est ut Græci interpretes hic vertent, et *cæcis* vident. Nam qui cæci sunt aut surdi *ligati* Hebræis sunt. Porro membrum aliud quod in Græcis codicibus legitur, et etiam apud Lucam, cap. 4, *ἀποστελὰν τὴν καὶ τὴν ἀφ' οὗ*, id est, ut emittam *contractos* pro *remissionem*, additum videtur ex margine, ut in versione Septuaginta plerique legitimus ex margine textui assuta; videtur enim fuisse altera ejusdem membri versio.

VERS. 5. — ANNUM PLACIBILEM, vel *annum beneplacitii*, id est, Deo jucundissimum; cum enim non de uno tantum anno sit sermo, *annum* tamen voluit dicere propter allusionem ad annum Jubilæi, qui quinquagesimo quoque anno celebrabatur, quo omnia in libertatem restituebantur, agri, vineæ, domus, servi, omniaque aut sibi aut suis reddebantur. Vide Levit. 25, de sanctificatione hujusmodi anni quinquagesimi;

gesimi; de quo non dubites quia figura fuerit temporis redemptionis per Christum; ob quod etiam septuaginta annos numerare jubebatur, qui numerus plenitudinem plenissimam signabat. At Filius Dei in plenitudine temporis ab Apostolo advenisse dicitur. Alludit etiam in verbo *predicarem* ad denuntiationem illam quæ tibi habet instans anno Jubilæi, Levit. 25: *«Clanges buccinâ mense septimo, decimâ die mensis, et propitiationis tempore in universâ terrâ vestrâ.»* Erat autem dies decimus mensis septimi celeberrimus, et dies expiationis dicebatur; mense itaque septimo, qui numerus plenitudinis erat, mense sanctissimo, et festorum celebrationibus referto, et in die expiationis jubebatur denuntiari annus Jubilæi. Quæ omnia significant rem illam quæ denuntiabatur esse sanctissimam Deoque gratissimam, ut quæ præfigurabat tempus veræ expiationis. Ipse enim Dominus erat illud *kepharah tegumentum*, vel, ut eum vocat Paulus, *διὰ τὴν* Græcâ voce, *propitiatorium*, nimirum ad legis propitiatorium respicient, et typum ad veritatem referens, ac significans, quod quemadmodum operculo illo tegebatur lex quæ, teste Apostolo, erat *cognitio peccati*; ita Christus tegeret et absconderet peccata nostra, ut lex amplius non accuset nec damnet, sed Deum habeamus propitium. Quare hic quoque respexit David, quando *beatum hominem* dixit cui remissa esset iniquitas et peccatum operum. Nihil autem gratius videretur esse divinæ bonitati quam hominem à peccatis expiari; tota enim curia celestis exultat super uno peccatore penitentem agente. Quale ergo fuisse credimus gaudium in totius mundi expiatione? Sed quid commercii habet *anima beneplaciti* cum die ultionis? Inquit enim: Et *DIEM ULTIONIS*, seu *vindictæ*. Non parum profectò *vindictæ* cum *bona voluntate* convenit: nam eam vindictam hic accipere oportet de quâ plura dicta sunt, c. 59, v. 17 et 18. Veros enim hostes nostros prostravit, et de manu dominorum crudelium suos eripuit; eos verò præcipitavit atque delevit. Quod quasi exponens ait: *Ur consolaretur omnes lugentes*. Quid enim aliud in Christo videmus? Peccatores suscipiebat, et manducabat cum illis; illis se advenisse medicum dicebat; eis peccata condonabat; filios appellabat, omnes laborantes et omnes peccatores, et doloribus confectos vocabat ad se, ut eorum pondera super se tollerent; ac tandem pro peccatis nostris mortuus est; quâ unâ re nullam potest majorem consolationem lugentibus afferre.

VERS. 5. — UT PONEREM FORTITUDINEM. *Fortitudinem* de suo supplevit; in Hebræis enim non nisi verbum *ponendi* absolute legitur. Et non dubium, quin Hebræi verbo *ponendi* utantur interdum pro *curam gerere*, et *cor apponere*; et quidam plerumque nomen cordis apponunt, aliquando verò, sed rarius, non apponunt. Exemplum jam supra semel atque iterum vidimus; et Job 4: *A mane usque ad vesperum contemnitur, absque ponente*, id est, animadvertente, seu curante. Significat ergo sibi demandatam lugentium curam, ut animam apponeret lugentibus Jerusolymitanis, et cogitaret de eorum rebus, tanquam in para-

cleitum et patrum datus lugentibus. Qualis autem hæc curâ esset, mox aperit, nempe quod non nullâ lætitudinē cogitatione sed opere constaret. *CONOXAM PRO CINERE*. Cinis symbolum erat mororis; et qui se affligebant, cinerem sternerant, et caput etiam aspergebant. Est autem paronomasia in vocibus *cinetis* et *ornatis* in Hebræo, *peer*, *eper*; et qui in afflictione erant ab ornatu abstinabant. Iste verò commutationes ac vicissitudines satis manifeste erunt cogitanti quantum distet homo à seipso; si prius expens fuit divinæ gratiæ, et peccato vivebat, deinde verò abjecto peccato servit justitiæ, *perficiens sanctificationem in timore Domini*. Hic jam ornatus incedit per angelis, et divinæ majestatis oculis nequaquam indignus; jam perfunditur spiritali gaudio, spe gaudet; in tribulatione patientiam exhibet; in omnibus gratias agit, quæ gratiarum actione et divinis laudibus tanquam operimento amictur, qui sine Dei timore et cognitione vitam degunt. Et VOCABUNTUR IN EA FORTES, etc. Hebr., *vocabitur illis*: hoc est nomen quo illos appellabant, *fortes justitie*, seu *potentes justitiae*; cujus nominis ratio in ipsis qui eo vocati sunt satis est manifestata; discipuli enim Domini in tantam potentiam evaserunt, quantum nunquam homines sunt adepti. Nam præter quod demonum tyrannidem vicerunt, regna mundi et imperia everterunt; neque erat qui eis posset super terram resistere, ut qui rerum naturas, mores, inveteratas consuetudines verbo et signis invertere poterant. Hanc verò divinam potentiam cum tantâ justitiâ conjunctam habuere, quantâ nullus alius prædixit fuit; ut merito *potentes justitiae*, seu *dii ac principes justitiae* dici possent; et enim plurale nominis *al* de principibus dici solet, qui etiam *dii* dicuntur. Quid si *fortes*, seu *potentes justitiae* dicantur quos justitia habet veluti ministros; sicut dicuntur *potentes Davidis* vel *alterius regis*, per quos magna conficiebat David? Nullos profectò unquam fortiores duces aut milites habuit ullo seculo justitia quam discipulis Domini, qui orbem universum ei subdidere; unde Romanos vocabat Paulus *servos justitiæ*. PLANTATIO DOMINI, etc. Vide supra capite superiori v. 21. Quibus adde, quod Hebræis plantare aliquando transferitur ad alias res, nempe homines; quos cum Deus possessione alienius regionis donat per plures annos duratura, dicitur plantare eos; sicut de Israelitis dicitur Exod. 15: *Plantabis eos in monte hereditatis tuæ*; ad quem locum est in hoc allusio. Ps. autem 44, et supra 54, de colitis dicitur, propter firmitatem, etc. Quare plantatio Domini, et habitatio quam Dominus condidit et firmavit ad laudem suam, sunt discipuli Domini et veri Israelitæ, quos Dominus condidit in gloriam suam; quibus indutus et ornatus incessit per orbem. Hos titulos sapientis recolare juvat, ut dignitatem servorum Dei et divinam dignationem intelligentes Deum in sanctis

suis laudamus, et similes illis effici contendamus.

VERS. 4. — *ÆDIFICABUNTUR*, etc., seu *adificabunt*. Ipsi nempe quos constituit esse Dominus, et decoravit, et superioribus titulis exornavit, *adificabunt deserta*, id est, civitates desertas, quæ in Hebræo *siccitates* dicuntur, domibus et hominibus per ignem seu gladium excisis; eosdem mox vocat *afflatas*, id est, stupendas desolationes, *antiquas*, id est, civitates quæ a multis jam annis desolatæ sunt. Cæterum his metaphoris significatur infinita soboles et multitudo eorum, quam ad Ecclesiam adducturi erant discipuli Domini.

VERS. 5. — *ET STABUNT*, etc., *stetit* interdum est famulantium, quorum est coram dominis stare, ut iussa accipiant. Hæc cum, ut sonant, intelliguntur carnales Iudei, falsæ spe lactantur; nos verò impleta jam hæc omnia novimus, qui obsequia gentium ad Christum conversam novimus, et quo pacto *ex facultatibus suis ministrabant sanctis qui erant in Jerusalem*. His accedit hæc figuratè nihil aliud quam Dominum seu dignitatem notare. Scimus autem præcipuos et quasi principes in regno Dei fuisse Apostolos, et sanctum illud semen; nos autem ipsorum sumus veluti servi. Adde etiam quod *viatores, agricolas*, ac *pastores* esse in agro Domini sit, esse episcopos et doctores. Cum verò Apostolorum et verorum Israelitarum agri, vineæ, oves seu greges nihil aliud essent quam Ecclesiæ et homines ipsi quorum illi primum curam gesserunt; in his profecto verbis hoc potissimum significatur, quod ex gentibus et alienigenis accipienda essent qui forent episcopi et pastores.

VERS. 6. — *SACERDOTES DOMINI*, etc. Quando Apostoli ministros mensuram elegerunt, sibi veluti orationem et verbi ministerium reservarunt, aliqui ex parte hanc prophetiam adimpleverunt. Est autem animadvertendum nomen *cohen*, ut ex ipso verbo apparet, propriè non designare nisi eum qui ordinatus est et constitutus ad sacra peragenda, et in sacris ministrat, quem Græci *ἱερωσύνην* vocant, qui sacrificat, intercedit pro populo, et alia quæ lex jubet peragit, et similia; quia verò reges pro *diis* habentur in terris, et ita in Scripturis appellantur, factum est ut transferretur hoc nomen ad eos qui regi erant à secretis et familiares, per quos regis voluntas aliis manifestabatur, et rex consulebatur, etc., ut 2 Sam. 20: *Hira Sairitha erat sacerdos ipsi David*; et 1 Reg. 4: *Zabub filius Nathan sacerdos, et socius regis*; et 2 Sam. 8: *Filii David erant sacerdotes*; pro quo 1 Paralip. 18, dicitur: *Et filii David erant primi à manu regis*. Non est ergo quoddam quis putet indifferenter nomen hoc *sacerdotes* et *principes* seu *magnates* notare. Qui enim ita existimaverit, certò sciat sibi à Iudæo impositum. Quare locus ille Genes. 14, nullo pacto aliter accipi potest nisi de vero sacerdote: Et Melchisedech rex Salem protulit panem et vinum; et ipse erat sacerdos Altissimi. Quod confirmat Epistola ad Hebræos, cujus auctoritatem infringere impium est. Utraque autem significatio beatis istis viris competit; manifestum est enim veros illos Israelitis sacerdotibus Domini fuisse, et ministros Dei nostri;

per quos Domini voluntas nobis innotuit, ut qui testes fuerant omnium Christi actionum ac verborum, qui *viderunt, perspexerunt, et manibus contractaverunt, et nobis exposuerunt verbum vite*; isti quoque sunt principes in regno Dei; et qui dum in terris agerent, primi sacerdotes fuerunt, etiam nunc in cælo rem nostram agunt fidelissimè. FORTITUDINEM GENTIUM. Supra jam dixi de potentia et exercitiis hæc verba intelligi posse, quos isti Domini sacerdotes tibus Evangelii devicerunt, vel etiam facultatibus et divitiis gentium, quibus ad libitum usi sunt; nihil enim eis denegabant qui veritatem amplectebantur; atque ita in gloria earum gloriantur sunt, vel gloriosi esse existimabantur, seu prædicabantur. Unde Psalmum illum: *Omnes gentes, plaudite manibus, etc.*, subjecti *populos nobis, et gentes sub pedibus nostris, etc.*, Canticum Apostolorum esse non dubito.

VERS. 7. — *PRO CONFESIONE, seu pudore*. Duplex autem solet interdum vocare hebraismus quod forte, solidum, magnum, latum ac constans est; duplex enim *contritio* est valida et ingens, et duplex *honor* est magnus honor, etc., vide supra c. 4, v. 2. Valde verò pudefacti et multiplices ignominie expositi fuerunt sancti illi Israelitæ, præsertim apud ipsos infideles Iudæos, atque etiam apud gentes initio prædicationis, illi tamen ipsi potuerunt partem seu *portionem* habuerunt præ omnibus Israelitis. Unde pro *multitudine illa sua confusione laudabilem partem obtinuisse* dicuntur, et *duplicem portionem* consecuti, quia omnes essent primogeniti quorum duplex erat secundum legem portio. Fuerunt namque et ipsi veluti Christi primogeniti, quare et *Spiritus primitias* acceperunt, et divitiis bonitatis suæ et dona cælestia abundantius super ipsos Dominum effudit testantur sacræ litteræ. LETITIA SEMPERNA, etc. Ad hunc puto locum alluisse Dominum in Evangelio cum ait: *Quia hæc dixi vobis, tristitia implevit cor vestrum; sed tristitia vestra vertetur in gaudium, et gaudium vestrum nemo tollet à vobis*. Non te verò constaret personarum mutatio, quæ Scripturæ familiaris est. Quod autem dicit in *terrâ sua*, puto de verâ promissionis terrâ, quam à longè salutabant Patres, id est, regno Christi et Ecclesiæ ipsius, accipiendum esse. Adde quod etiam in ipsâ Palestinâ terrâ et Jerusalem materiali illi ingentes illas divitias in die Pentecostes acceperunt; ut interim omittant quod ex bonis illis quæ toti Israeli promissa erant, et per terrenam illa bona *tac et mei* et cætera designata, quæ potissima erant ipsi acceperunt.

VERS. 8. — *QUIA EGO*, etc. Videtur illius distributionis quasi rationem reddere; q. d.: Non Phariseis, non Pontificibus meliorem partem dedi, non eos honoratiores feci in regno meo; quia ego Dominus sum recti æquique amantissimus; neque enim mihi placent sacrificia ex furto, qualia sunt omnia quæ Pharisei isti mihi offerunt; sunt avari, aliena dolis et fraudibus diripiunt, parentibus debitum honorem negare faciunt ob quæstum suum; ac tandem quod plura sacrificia mihi offerunt, eo quod sanctiores se putant

et mihi chariores; ego verò illorum sacrificia odi; parvulos verò istos, Galilæos simplices, dilexi, exevi, honoravi, primogenitos duxi, illis duplicia contuli; quia iudicium et æquitatem diligo, etc., quare sequitur: *ET DABO OPS EORUM IN VERITATE*, id est: *Faciām ut opera sua et actiones eorum veritatis et sinceritatis sint plenæ, non fucata, non hypocritarum more depravate; non labijs me honorent, longe absente corde; non me exterius colant, et intus sint pleni fallaciâ et dolo; sed in veritate seu cum veritate sit opus eorum*. Puto autem hoc verbum opponi toti illi hypocritarum iustitiæ, quam Dominus illis objicit cum ait: *Sine causâ colunt me docentes doctrinam et mandata hominum, contemptis videlicet præceptis Dei*. Faciam, inquit, eos veros Dei cultores, ut eum colant in *spiritu et in veritate*; abjecta omni falsitate et mendacio, videlicet ut exteriora interioribus et signa signatis conveniant; vel: *Dabo opus eorum in veritate*, id est, faciam ut constantes sint in opere, neque unquam ab incepto desistant, sed quod nunc faciunt semper faciant. Utrique verò expositioni convenit quod sequitur. *ET FŒDUS SEMPERTERNUM*, etc. Tam enim qui ab obsequio Dei deficiunt, quam qui ad mendacium declinant et hypocrisin, quemadmodum declinaverunt Iudæi, inepti sunt fœderi sanciendo cum eo; neque *semperternum fœdus* esse potest cum eis qui fidem frangunt et promissis stare nolunt. Fœdus itaque quod cum apostolicâ Ecclesiâ Deus sanxit, æternum est, et æternum durabit; quia fides Ecclesiæ non deficit.

VERS. 9. — *ET SCIETUR IN GENTIBUS*, etc. Hoc ad dignitatem illorum facit qui primogeniti fuerant Christi, et omnium illorum quos illi ad Christum pertraxerunt. Qui ad fœdus hoc, inquit, novum pertinent, inter omnes gentes cognoscuntur. Nam hoc imprimis mandatum acceperunt, *ne fierent sicut gentes*, sed ab eis et eorum moribus, tanquam lux à tenebris, diversi forent, et inter eos lucerent sicut *luminaria in tenebris*. Distinguuntur enim ab eis fide, quia invisibilem Deum colunt; spe, quia futura et invisibilia sperant; dilectione, quia quem non vident amant, concupiscentiis gentium vacui sunt, non gaudent quibus illæ, neque cum eis currunt ad spectacula, etc., non tristantur sicut gentes, quæ *spem non habent*, non de vestitu et alimento solliciti sunt, quæ omnia gentes inquirunt; denique *spiritu Dei aguntur*, illæ verò spiritu mundi aut diaboli, qui operatur in filios incredulos, seu inobedientes, quare ab aliis omnino distincti sunt; et hoc est cognosci inter omnes gentes, quod mox exponit. ORNES QUI VIDERINT EOS, etc. Hæc est vis virtutis, ut non possint non admirationi esse cæteris etiam qui illam odio prosequuntur; agnoscent enim esse Numinis supremi donum; non enim humanum reputari potest, in carne præter carnem vivere; cum verò eos qui Christiani dicebantur eandem vitam apud Persas, apud Scythas, apud Hispanos, Afros atque Indos ducere viderent, *semet benedictum*, seu *progeniem Deo charam*, eos vocare compellerentur. Ex bonis enim operibus Chri-

stianos considerantes, qui prius ipsi detrahebant, convicti glorificabant Deum, ut est apud Apostolum.

VERS. 10. — *GAUDENS GAUDEBO*, etc. Puto esse voces chori apostolici et spiritualis illius Jerusalem, quæ ex sanctis reliquiis constabat, ad quam superiori capite locutus fuerat propheta. Possunt etiam ut propheta ipsius voces accipi præ gaudio exultantis, et se felicissimum reputantis ob felicitatem regni Dei, ad quod ipse pertinebat. Videtur autem verba hæc pedibus et mensurâ poeticâ constare in Hebræo; cujus tamen in universum rationem ignorant Hebræi. Gaudere autem in Domino vel cum Domino est gaudium divino et cælesti perfundi, non scilicet ob res inanes, sed ob solida et vera bona.

INDUMENTIS SALUTIS, id est: Salute tantum indumento me induit; quod rursus repetit: *Et pallio iustitiæ obtexit me*; iustitia enim hic pro justificatione et testificatione iustitiæ accipitur, ut in superioribus non semel, nempe ut omnibus notum esse possit me saluum et justificatum per Deum, ut qui ex tyrannide ereptus in iudicio absolvitur et liber dimittitur.

QUIS SPONSUS. Sponsus et sponsæ se comparat chorus apostolicus propter decorem, ut manifestè apparet; puto tamen quod utrique se comparavit, quod respectu Christi sint veluti sponsa, juxta illud Pauli: *Despondi vos uni viro, virginem castam exhibere Christo*. Et sponsa vocatur Ecclesia, atque adeo ipsi fideles apud Oseam; ad respectu eorum quos ipsi ad fidem adducebant, erant veluti sponsi, qui filios generabant et Ecclesiis copulabantur. ORNATUM, ubi Vulgatus vertit per participia, *decoratum, ornatum*, doctè, sanè et eleganter. In Hebr. sunt duo verba futuri; quare supplendum est relativum, et in præsens vertenda, nam consuetudinem notant; qui *decoratur, quæ ornatur*. MONILIBUS. Nomen Hebræum cuiuscumque artis instrumenta et quavis vasa notat; hic aptè mundum muliebrem dicere poteris, qui infinitam multitudinem rerum et ornamentorum comprehendit, quæ ad mundissimum ornatum pertinent. Quæ sint autem hæc Ecclesiæ ac sanctorum ornamenta jam in superioribus annotavimus, et in sequentibus manifesta erunt.

VERS. 11. — *SICUT ENIM TERRA*, etc. Hæc similitudo superiora explicat. Terra herbis, arboribus, arboribus, præsertim si more hortorum colatur, vestiri et ornari solet, ut vix terræ quidquam appareat; sic, inquit, iusti illi discipuli Domini, primitiva Ecclesia (Dei quidem dono et curâ, qui incrementum dat et omnia ad perfectum perducit), coram universis gentibus omni iustitiâ, et sanctitate et diversis virtutum generibus operi, ornati, et omnium celestium honorum copia instructi oculis gentium apparere, ut vix in eis quidquam terrenum et vile conspiceretur. Laudem autem vocat quæ laudem et gloriam merentur, qualia sunt modestia, temperantia, patientia et similes virtutes, quæ homines hominibus admirationi esse faciunt. Hic Ecclesiæ et Christianorum decor, quem Dominus succrescere et germinare faciebat, animos gentium perducebat ut ad delicias illas para-

disi seu horti amenissimi occurrerent. Hoc certe loco per antithesin mihi videtur facta allusio ad ejectionem illam primorum parentum ex paradiso, ut inaudiam rerum vicissitudinem factam insinuet propheta; illi è paradiso ejeti sunt ut illuc regredi non valerent; at in mundi regeneratione paradisi deferri ad omnes gentes facit Dominus, et nulla fuit tam inculta gens ad quam paradisi Domini non pergeret. Unus homo, qui Æthiopiam adibat, paradisi erat, et brevissimo tempore faciebat Dominus succedere iustitiam, arbores et plantas coelestes in terrâ illâ, ut Ecclesia Æthiopum multo amenior esset hortus quam ille

CAPUT LXII.

1. Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor justus ejus, et salvator ejus ut lampas accendatur.

2. Et videbunt gentes justum tuum, et cuncti reges inclinant tuum; et vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominabit.

3. Et eris corona gloriæ in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui.

4. Non vocaberis ultra derelicta, et terra tua non vocabitur amplius desolata; sed vocaberis voluntas mea in eâ, et terra tua inhabitata, quia complacuit Domino in te, et terra tua inhabitabitur.

5. Habitabit enim juvenis cum virgine, et habitabunt in te filii tui; et gaudebit sponsus super sponsam, et gaudebit super te Deus tuus.

6. Super muros tuos, Jerusalem, constitui custodes; totâ die et totâ nocte in perpetuum non tacebunt.

7. Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, et ne detis silentium ei, donec stabiliet, et donec ponat Jerusalem laudem in terrâ.

8. Juravit Dominus in dextera sua, et in brachio fortitudinis suæ: Si dederò triticum tuum ultra cibum inimicis tuis: et si biberint filii alieni vinum tuum, in quo laborasti.

9. Quia qui congregant illud, comedent, et laudabunt Dominum; et qui comportant illud, bibent in atriiis sanctis meis.

10. Transite, transite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, eligite lapides, et elevat signum ad populos.

11. Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ; dicite filiae Sion: Ecce salvator tuus venit; ecce merces ejus cum eo, et opus ejus coram illo.

12. Et vocabunt eos, populus sanctus, redempti à Domino. Tu autem vocaberis: Quasi civitas, et non derelicta.

VERS. 1. — PROPTER SION, etc. Propheta patriæ et civitatis suæ amicus, sed multo magis illius civitatis quam terra Jerusalem designabat, cujus laudes et gloriam non semel cecinerat, veritus ne forsitan quisquam eam profixitatis dampnaret, et quod in eodem argumento diutius hæreret vitio darei, non solum non desistendum sibi putavit, ut etiam sciens vidensque inceptum persequatur. Verum innuit quod

initio mundi constitutus. Idem de cæteris Ecclesiis existimato. Plurima hic annotatione dignissima habes, christiane lector; vides enim divinum bonitatem; vides cui adscribi debeat progenitatio virtutum in terrâ; vides quæ sunt ornamenta terræ: vides Apostolorum gloriam et primorum illorum Christianorum divitias: vides quænam sint quæ laude digna sunt: laudem enim vocat que in sanctis illis laudabatur, et alia quamplurima ex hoc loco poteris eruere, quæ persequi leges Commentarii non patiuntur. Hæc autem tibi Deum tuum amabilem valde reddere poterunt, qui tantis mundum beneficiis affecit.

CHAPITRE LXII.

1. En faveur de Sion, je ne me tairai point; en faveur de Jérusalem, je n'aurai point de repos jusqu'à ce que son juste paraisse comme une vive lumière, et que son sauveur brille comme un flambeau.

2. Les nations verront votre juste, tous les rois verront votre sauveur illustre; et on vous appellera d'un nom nouveau, que le Seigneur vous donnera de sa propre bouche.

3. Et vous serez une couronne de gloire dans la main du Seigneur, et un diadème royal dans la main de votre Dieu.

4. On ne vous appellera plus la délaissée, et votre terre ne sera plus appelée la terre désolée; mais vous serez appelée ma bien-aimée, et votre terre, la terre habitée; parce que le Seigneur a mis son affection en vous, et que votre terre sera remplie d'habitants.

5. Le jeune époux demeurera avec la vierge son épouse; vos enfants demeureront en vous; l'époux trouvera sa joie dans son épouse, et votre Dieu se réjouira en vous.

6. J'ai établi des gardes sur vos murs, ô Jérusalem; ils ne se reposent jamais, ni durant le jour, ni durant la nuit.

7. Vous qui vous souvenez du Seigneur, ne vous taisez point, et ne demeurez point dans le silence devant lui, jusqu'à ce qu'il s'élève, et qu'il rende Jérusalem l'objet des louanges de toute la terre.

8. Le Seigneur a juré par sa droite et par son bras fort: Je ne donnerai plus votre blé à vos ennemis pour s'en nourrir; et les étrangers ne boiront plus le vin que vous avez fait venir avec tant de peine.

9. Mais ceux qui ont recueilli votre blé le mangeront, et loueront le Seigneur; et ceux qui ont fait venir votre vin, le boiront dans mon temple saint.

10. Passez et repassez de porte en porte, préparez la voie au peuple; aplanissez-lui le chemin, ôtez-en les pierres; dressez l'étendard aux yeux des peuples.

11. Le Seigneur a fait entendre ces paroles jusqu'aux extrémités de la terre. Dites à la fille de Sion: Votre sauveur vient; voici sa récompense avec lui, et son œuvre devant lui.

12. Et ils seront appelés le peuple saint, la race rachetée par le Seigneur; et vous le serez plus appelée la ville abandonnée, mais la ville recherchée et jamais abandonnée.

COMMENTARIUM.

quandiu viveret, à celebrandâ suæ civitatis gloriâ non cessaret, quousque tandem, quæ mente prævidebat, coram ipse oculis (si daretur) conspiceret. Quare illud propter Sion in bonum accipiendum putare: « Ob amorem, » inquit, « quem erga Sion gero, non tacebo, sed eandem cantilenam libens canam. » DONEC EGREDIATUR, etc. Multo quidem antea tacuit Isaias; verum, ut dixi, hoc nihil aliud significat quam

quod si usque ad illa tempora viveret, non taceret; sicut qui dicebat: « Misericordias Domini in æternum cantabo; in generatione et generationem annuntiabo veritatem tuam, » etc. Quod certe nobis exemplo esse deberet, ne propterea minus grati, quod jam beneficium acceperimus, quam qui illud expectabant, esse videamur, JUSTUS EJUS. Quia de Messia videbat esse sermonem, JUSTUM ET SALVATOREM pro iustitiâ ac salute dixit Vulgatus; quod jam supra annotavi etiam ex usu sermonis et vocum Hebraicarum id ipsum ei licuisse. Manifestum est autem, quod cum universa nostra iustitiâ à Christo promanarit, iustitiâ nostra et Ecclesiâ merito Christus dicatur, et salus. Ut SPLENDOR. Magnum futurum Evangelii fulgorem passim sacræ literæ testantur, ut de adventu in mundum et prædicatione Evangelii intelligendum videatur illud Evangelistæ: « Sicut fulgur exit ab oriente, et paret usque ad occidentem, sic erit adventus Filii hominis, » quod videlicet innosceret brevi tempore, et haud vulgari splendore, ut non audiendi essent qui dicerent: Ecce hic, qui ecce illic est Christus. Quod enim de Christo credere debemus, per totum orbem vel pueri decantant per mille quingentos annos, ut impium sit Christianis aliud nunc Evangelium, seu (ut illi loquuntur) reparationem Evangelii audire. LAMPAS. Lapidem idem quod lampas Græcis ac Latinis, consentiente voce. ACCENDATUR, vel ardeat; dicitur autem tecta et splendor Sionis, quia de Sione exiit lex, et verbum Domini de Jerusalem; et præcipui in Evangelio fuerunt Judæi.

VERS. 2. — ET VIDEBUNT GENTES. Cum enim in tenebris mundus ageret, non poterat non videri fax et splendor qui per orbem discurreret. Hoc planè est quod sub finem superioris capitis dixerat, quod germinare faceret Dominus iustitiam coram omnibus gentibus. CUNCTI. Non ita ut sonant verba accipienda sunt, sed quemadmodum illa Pauli, quibus jam suo tempore dicebat prædicatum Evangelium omni creaturæ quæ sub celo erat. NOMINABIT. Ad verbum, dandum erat, quod os Domini perforabit; transfertur enim Hebræis verbum excavandi seu perforandi ad significandam eam notationem seu exarationem nominum aut rerum quæ perforationibus quibusdam fiebat. In malum accipitur Job. 3, hic verò in bonum; est ergo signare, seu notare, ut Gen. 30: Excava mercedem tuam, id est, nota, signa. Quale verò sit hoc nomen mox vers. 4, explicabit.

VERS. 3. — ERIS CORONA GLORIÆ. Quod hic dicit priori versis membro, repetit in posteriori. Solent autem coronæ regum ex auro et lapidibus pretiosis fieri; quæ etsi capiti imponi consueverint, juvat tamen in manibus habere ad earum pulchritudinem contemplandum. Vel alludit ad coronas quæ ex floribus fiunt. Vel certe illud in manu, Hebræis sæpe per pleonasmum additur; aliqui chorus Apostolorum apud Dominum et in oculis ejus pretiosus erat, veluti corona regni. Sicut autem qui coronâ insignitur regem se merito putat; ita Dominus Jesus Dei Filius tunc se regem reputavit, quando sibi addictos

homines illos aspexit. Unde cum primum eos ad prædicandum amandavit, dicebat edisse se Satanam, tantum fulgur de celo cadentem; quasi jam regnum diaboli eversum per illorum hominum prædicationem videret; per hos enim orbem terræ possedit. Adde, quod ornat fuerunt omni lapide pretioso. Quanta, queso, est illorum hominum gloria, ex quibus sui regni coronam sibi conficit Deus? DIADEMA, scilicet, cidaris, tiara, pileolum rotundum non acuminatum erat, quo reges, sacerdotes et iudices utebantur; vide Zach. 3, et supra 22.

VERS. 4. — NON VOCABERIS, etc. Terrestris illa Jerusalem deserta mansit; at isthæc de quâ est sermo in æternum non erit deserta, neque afflatio, ut loquuntur Hebræi; est enim initium cum eâ fœdus æternum. SED VOCABERIS. Quamvis particula *hi* adversative aliquando accipitur, non malè tamen hic suo more pro rationali accipi poterit; quasi propterea credendum sit, non ultra vocandam desertam, quod vocari jamjam deberet *hefci ba*, id est, voluntas mea in eâ, seu bene placitum meum in eâ, vel cum eâ. Qui autem fieri potest ut ea civitas desoleatur quæ hoc nomine ex ore Dei appellatur? Hoc est enim illud nomen novum, de quo supra vers. 2, quod propterea fortè dicitur Dominus ore suo excavasse, quod non sine industriâ et labore inventum sit, ut ea quæ excinduntur et effodiuntur; quasi significet propheta, esse hoc nomen summâ prudentiâ adinventum; sicut nos Lusitani dicimus, ego illi hoc nomen et dignitatem effodi; id est, meâ industriâ et beneficio ad illum honoris gradum concessidit, non meriti, non viribus suis, etc. QUANTUM autem Dei Filius emerit, posse nomine hoc appellari parvulum illum gregem, quanta prius pertulerat, faciliè intelligit qui Evangelium perlegerit; unde illud: O generatio incredula! usquequæ ero vobiscum? usquequæ patiar eos? quod ad discipulos videtur dictum; nam dicit, propter incredulitatem non potuisse eos demoniacum liberare; et rursus: Adhuc et vos sine intellectu estis? et infinita alia quæ illorum rudimentum coarguunt, quam Dei Filius incredibili tolerantia pervicit ac dolavit, ut tandem fierent corona regni, et ei essent quàm gratissimi et acceptissimi; quod notat nomen illud *hefci ba*. Huic cum nemo possit resistere, meriti pro causâ assignatur quod non ultra sit desolata, sed neque terra ipsius. Nam voluntas quoque Domini in eâ, vel in eam erat; non solum enim Apostolorum collegium, sed Ecclesiam illorum qui credituri erant per eos valde dilexit, ut illos delicias suas esse diceret. Huc faciunt verba illa Pauli, quibus ait: « Ecclesiam suam sic dilexisset, ut se pro illâ traderet, et mundaret eam lavacro aquæ in verbo vite; ut tandem eam exhiberet non habentem maculam aut rugam. » Quare non dubito quin ad hunc locum facta sit allusio in verbis illis angelicis in Nativitate Domini, quibus Deo gloriam, et in terrâ pacem, hominibus illis præsertim in quibus Dominus sibi complacuisse, cecinerunt; legendum enim cum Vulgato existimo *ad dñas*; homines verò *ad dñas*, juxta hebraismum, quem passim retinent Apostoli etiam Græci scribe-